CONGREGATIONIS

PIORUM OPERARIORUM PRIVILEGIA COLLECTA

ET IN COMPENDIUM REDACTA

ET ORDINE DISPOSITA

Ad usum Sodalium Presbyterorum

EJUSDEM CONGREGATIONIS



ANNO

1850.

PRAEFATIO

Nostra Piorum Operariorum Congregatio ad vineam domini excolendam divinitus instituta cum animarum profectui totis viribus vacasset, fructusque uberrimos ad Dei gloriam retulisset, nihil potius fuit liberalitati Summorum Pontificum, quos Jesus Christus Ecclesiae suae gubernatores posuit, suorumque militum alacritatis, virtutisque promotores, quam nostrorum sodalium solertiam incitare. Hinc nostra Congregatio tot privilegiis fuit, indultisque cumulata, totque indulgentiis, aliisque spiritualibus gratiis locupletata, ut illa, qua decet, libertate suis ministeriis operam navare posse videretur. Ast ne haec temporum decursu oblivionis caligine involverentur, Patres nostri ea in compendium redigi typisque emandari curarunt quodam libello, cui titulus *Prom-*

ptuarium Privilegiorum Congregationis Piorum Operariorum. Sed cum successione Pontificum crevit nobis gratiarum largitio, et ea quae prius nostrae Congregationi erant concessa, ampliori modo aucta fuerunt et extensa. Quae ne ambiguitati essent obnoxia, neque penitus obliterata remanerent, vel per non usum amitterentur, sicque eo carerent effectu, ad quem recte, sapienterque fuerant ordinata, Nostro Generali Praeposito curae fuit ut rursus maiori diligentia colligerentur, meliori ordine disponerentur, ac proinde essent institutionis nostrae operibus accomodatiores, novoque libello comprehenderentur. Verum in re tam ancipiti ut tuto procedi posset, et conscientiae sodalium securitati provideri, illa solummodo privilegia seligere curavi, quae satis firmo et evidenti documento niterentur, gratias elargitas ipso pene sermone, quo in Brevibus largitionum prolatae fuerunt, exposui, et pro opportunitate rerum tali ordine distribui, ut sodales ea prae oculis habentes

subito invenirent quod in sui ac proximorum utilitatem conferret. Hinc en partitio huius opusculi: Prima pars complectitur documenta Privilegiorum. Secunda Privilegiorum expositionem, et hanc in variis capitulis distributam, prout vel universam Congregationem, vel res sacras, vel denique Ecclesias sodalitatesque a nobis erectas spectarent. Tertia pars de regulis, quibus privilegiorum usus legitimus evadit, agit. Assiduus labor ad securitatem impensus, studium in praecidendo, ut nihil inde redundaret, nihil desideraretur, cura in clariori modo, quo poteram omnia exponendo, vestram, rogo, sodales in me patientiam, et animi benevolentiam promereantur: Quod si adhuc aliquid improbandum] vobis occurrat, quaeso benigne corrigatis. Omnia autem S. R. E. judicio libens jubiicio.

PARS PRIMA

DOCUMENTA PRIVILEGIORUM.

Constitutiones, Bullae, et Rescripta Nostrae Congregationi concessa.

§. 1.

Constitutio Pii VI. Congregationi Piorum Operariorum ad perpetuam rei memoriam.

Inter multiplices tribulationes, quae in hisce difficilissimis Ecclesiae temporibus invenerunt nos nimis, ad Pastoralis officii ministerium humilitati nostrae ex alto concrediti, pertinere arbitramur, Christi fidelibus, qui Deo propius famulari cupientes tamquam vigiles Operarii in vinea Domini sudoribus, vigiliis, laboribusque parcere nesciunt, dummodo proximorum in Catholica Religione profectum obtineant, ea omnia concedere, quae ad magis, magisque illorum confovendam pietatem pertinere dignoscuntur, prout in Domino salu-

briter , expedire conspicimus. Exponi siquidem fecit nuper nobis dilectus filius Franciscus Moscati modernus Praepositus Generalis Congregationis, ut ad exercenda omnia laboriosa opera ex instituto ipsius Congregationis eis injuncta magis incitentur, Privilegia , Exemptiones , Indulta , aliasqe Spirituales gratias omnibus et singulis Congregationibus ac domibus Clericorum Regularium , et saecularium , ac specialiter Congregationi Puritatis Neapolitanensi per Romanos Pontifices vel concessa , vel in posterum concedenda , suae Congregationi a nobis comunicari summopere desiderat. Nos eumdem exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes , et a quibusvis excomunicationis , suspensionis , et interdicti , aliisque Ecclesiasticis sententiis , censuris , et poenis a jure , vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodlibet innodatus existit, ad effectum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati , omnia et singula privilegia , Indulta , Indulgentias , peccatorum remissiones, facultates, et gratias Spirituales omnibus et singulis Congregationibns Clericorum seu Regularium seu Secularium et signanter Congregationi Puritatis Civiatis Neapolitanensis tam generaliter , quam spe-

cialiter ac per viam comunicationis, etiam motu proprio, ex certa scientia ac alias tam Congregationibus praefatis quam earum domibus, etiam Regularibus, nec non Generalibus, aliisque Superioribus, Officialibus, Ministris et Personis per nos vel per quoscumque Romanos Pontifices concessa, vel in posterum concedenda, quaeque Specialem requirunt mentionem, ita ut illis praedicta Congregatio Piorum Operariorum Saecularium Presbyterorum in posterum uti, frui, et gaudere possit et valeat, perinde ac si specialiter expresse ac pariformiter, et aeque principaliter ei concessa fuissent, eidem Congregationi Piorum Operariorum Auctoritate Apostolica concedimus tenore praesentium et indulgemus. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas et efficaces existere, et fore, ac in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios et delegatos etiam causarumPalatii Apostolici Auditores, ac S.R.E.Cardinales etiam de latere Legatos, et Sedis Apostolicae Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpetrandi facultate, et Auctoritate, iudicari et definiri debere; ac irritum et inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstante nostra et Cancellariae Apo-

stolicae regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus et ordinibus Apostolicis, nec non earumdem Congregationum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliqua roboratis, statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis et literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus proplene ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscumque: Volumus autem harum praesentium literarum transumptis seu exemplis impressis manu alicuius notarii pubblici subscriptis, et sygillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quae praesentibus his adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Dat. Romae sub annulo Piscatoris die XIV. decembris anno MDCCXCII, Pontificatus nostri anno decimo octavo — Pro Domino Cardin. Braschio de Honestis B. Mariscottus.

§. II.

Benedictus XIII. concessit suo Rescripto sub die 3 augnsti 1725 comunicationem Patribus Piis Operariis Privilegiorum PP. Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii de Urbe cum inserta Bulla Sixti V. in supplici libello his verbis — Sanctitas sua benigne annuit pro comunicatione suprascriptorum Privilegiorum concessorum PP. Congregationis Oratorii S. Philippi Nerei de Urbe Congregationi Piorum Operariorum.

§. III.

Benedictus XIV. eidem Congregationi Piorum Operariorum concessit comunicationem omnium Privilegiorum et indulgentiarum cum PP. Sacrae Familiae, suo Rescripto sub die 18. Martii 1743.

§. IV.

Pius. VII. per rescriptum sub die 6 Sept. 1817 nostrae Congregationi concessit extentionem Indulgentiarum, aliarumque gratiarum spiritualium quibus potiuntur, gaudent atque utuntur vel poterunt in posterum habere sacerdotes Congregationis SS. Redemptoris, etiam quoad *officia pro-*

pria, altaria, et ordinationes (sunt verba rescripti) uti si nobis fuissent speciatim concessa. (a) Contrariis quibuscumque non obstantibus.

§. V.

Nostra Congregatio est sub auspiciis Congregationis *de Propaganda fide*, idcirco omnes alumni et tota Congregatio (ut in Rescripto exprimitur) gaudent privilegiis omnibus quibus fruuntur omnes sodalitates, quae ipsi Congregationi *de Propaganda fide* sunt aggregatae. Ex Rescripto Pii IX snb die XIII. septembris 1846.

Monitum.

Cum privilegia, quibus gaudet nostra Congregatio Piorum Operariorum, non ad ea dumtaxat se extendunt, quae tum nobis, tum congregationibus omnibus tam Regularium quam saecularium clericorum specialiter et immediate concessa sunt, sed etiam ad ea quae praefatis Congregationibus cum Religiosis ordinibus omnibus per viam comunicationis accesserunt, ut constat ex constitutioue in §. 1. hujus Promptuarii apposita, non abs re erit hic quoque saltem generice adnotare huius postremae comunicationis fines.

(a) Servata vero (sunt verba rescr.) in reliquis enunciatorum concessionum forma et dispositione.

Constitutio Pii Sexti Congregationi SS. Redemptoris concessa super dubia Comunicationis. Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrosanctum Apostolatus officium, quod humilitatem nostram, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, gerere voluit Altissimus, enixe postulat, ut paternam Religiosorum ordinum, atque Congregationum, uberes, et suaves in vinea Domini fructus in dies suppeditantium, curam gerentes, privilegia, gratias et indulta illis ex Apostolicae Sedis largitate concessa approbationis et confirmationis robore muniamus, ac alias desuper opportune provideamus, prout in domino salubriter expediro conspicimus. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus de Paola Superior Generalis Congregationis Sanctissimi Redemptoris, quod alias fel. rec. Benedictus XIV. praedecessor noster, postquam per Apostolicas suas in simili forma Brevis, quarum initium — Ad Pastoralis — die XXV Februari MDCCXLIX expeditas literas, Institutionem dictae Congregationis cum suis Regulis et Constitutionibus approbaverat, per alias suas in pari forma Brevis die XI Augusti MDCCLVII expeditas literas incipien:—Pastoris Æterni—eidem Congregationi Privilegia, indulta, gratias, et In-

dulgentias, quae Congregationibus Doctrinae Cristianae et Piorum Operariorum concessa erant, quibusque fruebantur, comunicavit, prout in dictis Literis. quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, uberius continentur. Subinde autem, sicut pro parte dilecti filii Isidori Leggio, tunc existentis Procuratoris Generalis primodictae Congregationis, nobis fuerat humiliter supplicatum, ut quemadmodum super dubiis quae quoad communicationem hujusmodi inter suae Congregationis alumnos postmodum exorta fuerant, videlicet, num per eam intelligerentur communicata quae ad Altaria privilegiata, Indulgentias, et Officia propria Sanctorum pertinent a fel. rec. Clemente XIII et ibidem Clemente XIV. Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris per favorabile vivae vocis oraculum, tum Plenariam Indulgentiam Christi fidelibus perag. Sacram Comunionem pluries in mense, tum facultatem dictis alumnis benedicendi Cruces, Sacra Numismata, et Coronas precatorias cum applicatione Indulgentiarum in forma Ecclesiae consueta et ab Apostolica Sede praescripta ad numerum per Superiores pro tempore dictae Congregationis benevisum, ac tum intra Missionum, et Exercitiorum Spiritualium curriculum quam extra illum una cum facultate absolvendi a casibus in Bulla die coenae do-

mini legi consueta contentis, concessimus, ea omnia confirmare, atque insuper attento quod Congregatio Clericorum Discalceatorum Crucis et Passionis D. N. J. C. vigore aliarum Apostolicarum Literarum per memoratum Clementem XIV predecessorem nostrum XVI. Kal. Decembris an: MDCCLXXIX. sub plumbo editarum prout cum aliis ita cum sua Congregatione in Privilegiis, Indulgentiis, aliisque Spiritualibus gratiis Comunicationem habere obtinuerat, propterea vicissim Congregationi suae praedictae comunicationem privilegiorum, indultorum, aliarumque Spiritualium gratiarum quibus dicti clerici Excalceati eorumque Congregatio fruuntur et gaudent ac uti, frui, et gaudere poterunt, concedere dignaremur. Nos huiusmodi supplicationibus inclinati, per nostrum rescriptum die XX Octobris an. MDCCLXXXI. annuimus iuxta petita, ac propterea omnia et singula Privilegia, et indulta enuncialis tribus Congregationibus ab Apostolica Sede usque tunc concessa, et quae in posterum concederentur, quamvis speciali mentione digna ad praedictam Congretionem SS. Redemptoris extendimus, eaque sub iisdem modo et forma, ac aeque principaliter communicavimus, ac comunicata esse voluimus, prout in dicto rescripto cuius etiam tenorem praesentibus pro expresso, et inserto haberi voluimus,

uberius continentur. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, quae per Apostolicam Sedem praedictam concessa sunt, si ab ea confirmari contingat, maiorem suscipiunt roboris firmitatem, ideo memoratus Superior Generalis rescriptum hujusmodi per Nos confirmari ac alias ut infra a nobis provideri plurimum desiderat. . . . .

Supplicationibus inclinati rescriptum Nostrum praedictum omniaque et singula in eo contenta et expressa auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, omnesque ex singulis iuris et facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus et sanamus, et quatenus opus sit, privilegia exemptiones indulta, aliasque spirituales gratias dictae Congregationi Sanctissimi Redemptoris ejusque superioribus, personis, Ecclesiis et domibus Regularibus, tam generaliter, quam specialiter ac per viam comunicationis cum supradictis tribus Congregationibus idest. . . . . etiam motu proprio et ex certa scientia ac alias per nos seu quoscumque alios Romanos Pontifices praedecessores nostros et in posterum pari modo concedenda atque specialem requirent mentionem, auctoritate et tenore presentis concedimus etc.

§. III.

Bulla Clementis XIV. Congregationi S. Crucis et Passionis Domini Nostri J. C.

Clemens XIV. in sua Bulla — Supremi Apostolatus — Congregationi Passionis D. N. J. C. Sextodecimo Kal. Decemb. anno 1763 plura concessit, quae passim in hoc compendio inveniuntur, sed praesertim. » Omnia: et singula privilegia, indul» ta, indulgentias, peccatorum remissiones, fa» cultates, aliasque gratias spirituales, quibus » clericorum, seu secularium, seu regularium » Congregationes, earumque domus, etiam Regu» lares, nec non Generales, aliique Superiores, » officiales ministri, et personae ex concessione » Apostolica, seu alias quomodolibet utuntur fru» untur, et gaudent, ac uti possunt, et poterunt » in futurum, eidem Congregationi Clericorum » discalceatornm SS. Crucis et Passionis Domini » nostri Jesu Christi, illiusque domibus, ac Prae» posito Generali, aliisque superioribus, mini» stris, et aliis quibuscumque personis; illaque » omnia et singula perinde ac si principaliter ipsis, » ac specialiter et expresse, concessa, ac si prae» sentibus expressa ac de verbo ad verbum inserta » fuissent ». Alia privilegia deinde eidem Con

gregationi concessit et sunt quae sequntur: In missionibus, et omnibus quibuscumque exercitiis sollemniter possunt presbyteri Congregationis praedictae nomine Pontificis benedictionem impertiri cum indulgentia plenaria. Eidem conceditur Congregationi facultas aedificandi ubique locorum et recipiendi Collegia, Domus, Ecclesias, et Oratoria de sola Ordinariorum licentia, nullo aliarum personarum cuiusvis ordinis, etiam Regularium requisito consensu, quamvis sint vicina monasteriis, vel ecclesiis aliorum ordinum, et intra spatium centum quadraginta cannarum cum clausulis derogatoriis non obstantibus etc. ad hunc effectum. Insuper: Sacerdotes praed: Congregationis deputati a Praeposito Generali ejusdem Congregationis, vel a superioribus localibus audire possunt confessiones consodalium ejusdem Congregationis, nec non domesticorum, familiarium inservientium, et in eisdem domibus commorantium cum facultate absolvendi eos etiam a censuris ecclesiasticis. Et id absque alia adprobatione, et ubique locorum, etiam iter peragendo, vel alibi commorando. Insuper: potest Superior Generalis dispensando vota dimittere sodales, qui ob sua demerita notabilia dimitti merentur ab ipsa Congregatione; etiam si dimitti nolint, et sint juxta Congregationis privilegia ordinati, et non constet eos

aliunde habere unde sustententur, cum hoc tamen, ut ita dimissi ab ordinum exercitio tamdiu suspensi maneant, donec illorum Ordinario constiterit, eosdem redditibus sufficientibus fuisse provisos, et talibus dimissionibus procedere potest ad formam Regulae, sola perspecta veritate facti omni recursu et appellatione posthabita. Potest Congregatio praedicta in suis Ecclesiis missas et divina officia iuxta ritum S.R.E. celebrare, SS. Eucharistiae Sacramentum, et oleum infirmorum asservare, Sacramenta Eucaristiae et Poenitentiae fidelibus, salvis iuribus Parochialibus, ministrare, Eucharistiam Christifidelibus venerationi exponere servatis decretis generalibus, et pias hortationes, et catecheses habere. Insuper Sodales praedictae Congregationis ubi reperiuntur pro Congregationis Domibus, quae deinceps instituentur etiam absque alia ordinariorum locorum licentia, libere possunt quaestuare, dummodo a localibus superioribus fuerint destinati. Insuper sub excomunicatione latae sententiae districte prohibitum est cuique introducere mulieres in domibus praedictae Congregationis, circumscriptis semel domorum et hortuum septis per Superiorem Generalem vel eius delegatum, et districte prohibetur ne qua mulier unquam quocumque pretextu ingredi audeat, vel presumat, seu introduci valeat sub censuris, et poenis adversus violantes clausu-

ram virorum Regularium: Aliaque concessa sunt, quae passim in hoc compendio inveniuntur. Ad quarum concessionum valorem subiungitur in praefata Bulla ». Decernentes praesentes nostras li-
» teras semper et perpetuo validas, firmas et effi-
» caces existere, et fore, suosque plenarios et inte-
» gros effectus sortiri, et obtinere debere, ac nullo
» unquam tempore ex quocumque capite, vel qua-
» libet causa de subreptionis, vel obreptionis, aut
» nullitatis vel invalidatis vitio, vel intentionis no-
» strae, vel quolibet alio, quantumvis magno sub-
» stantiali inexcogitato, vel inexcogitabili, ac speci-
» ficam et individuam mentionem aut expressionem
» requirente defectu, aut ex quocumque alio capi-
» te a iure statuto vel consuetudine aliqua resul-
» tante, quantumvis iusta, quae ad effectum va-
» liditatis praemissorum necessario exprimenda fo-
» ret notari, impugnari, invalidari, retractari in
» ius, vel controversiam revocari, aut ad terminos
» juris reduci, vel adversus illas restitutionis in in-
» tegrum, reductionis ad viam, et terminos iuris, aut
» aliud quodcumque iuris, vel facti, aut gratiae re-
» medium, vel iustitiae impetrari posse. Neque i-
» psas praesentes sub quibusvis similium, vel dis-
» similium gratiarum, aut dispositionum generalibus
» revocationibus, suspensionibus, limitationibus, mo-
» dificationibus, derogationibus, aliisque contrariis

» dispositionibus, per nos, et successores nostros
» Romanos Pontifices pro tempore existentes, et se-
» dem Apostolicam praefatam etiam motu proprio,
» et certa scientia, et potestatis plenitudine ex
» quibusvis causis pro tempore faciendis compre-
» hendi, sed semper, et omnino ab illis excipi ».
» Sicque et non aliter in praemissis omnibus et sin-
» gulis, et non alias per quoscumque iudices Ordi-
» narios vel delegatos, etiam causarum Palatii Apo-
» stolici auditores, et sanctae R. Ecclesiae legatos
» dictaeque Sedis Nuncios, alios quoscumque quavis
» auctoritate, potestate, praerogativa et privilegio
» fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis
» aliter iudicandi et interpetrandi facultate, et au-
» ctoritate in quocumque iudicio, et quacumque in-
» stantia iudicari, et definiri debere; et si secus
» irritum et inane decernimus etc.

Pius VI. in sua Bulla — Preclara virtutum — 1177 decimo septimo Kal. octobris eidem Congregationi confirmavit omnes et singulas gratias, facultates, privilegia, concessiones, et indulta a praedicto Clem. XIV. concessa iuxta integrum literarum Apostolicarum tenorem, iisdem modo, et forma, et de novo concessit sub iisdem clausulis exceptivis, cassativis, annullativis etc. Extat copia in Archivio Congregationis SS. Redemptoris.

Pro Congregatione Clericorum Regularium Theatinorum.

Clemens Papa VII in Brevi fundationis C. R. Theatinorum dato Romae die 24. Junii 1524. Pontificatus sui anno primo — Exponi nobis — et est in Bull. Rom tom. 1. Bulla 2. Clem. VII sequens concessit Privilegium.» Ut omnibus, et sin-» gulis Privilegiis Exemptionibus, Immunitatibus, » Indulgentiis, facultatibus, libertatibus, auctori-» tatibus, indultis, favoribus, concessionibus, et » gratiis spiritualibus, et temporalibus, quibus po-» tiuntur, et gaudebunt Canonici Regulares Latera-» nensis Congregationis Personae, et loca eorum. » Ita enim exprimitur Bulla: Vos, et Personae » et loca vestra uti, potiri, et gaudere possi-» tis quorum tenores, praesentibus pro suffi-» cienter expressis, ac de verbo ad verbum inser-» tis haberi volumus, ita ut literae Apostolicae » super eisdem privilegiis, exemptionibus, conces-» sis, et concedendis mutatis dumtaxat nominibus » cognominibus, invocationibus, et diebus ad libi-» tum expediri possint, perinde ac si ita omnia, et » singula non solum per clausulas generales, sed » per eorum tenorem de verbo ad verbum fuissent » vobis per has literas sub hac die expressa, et spe-» cialiter concessa tenore praesentium, et ex Apo-» stolica plenitudine potestatis vobis, et sociis, et

» successoribus vestris in perpetuum concessimus
» pariter, et indulgemus non obstantibus quibuscum-
» que contrariis, quibus expresse derogamus.

§.

Idem Pontifex Clem. VII. die 7 Martii 1533. Pontificatus sui anno X ut in Bull. Rom. Tom. 1. Bulla 38— Dudum— concessit eidem Congregationi, C. R. Theatinorum sequens Privilegium « Ac in-
» super vobis, quod omnibus et singulis privilegiis,
» indulgentiis, praerogativis exemptionibus immuni-
» tatibus, gratiis, et indultis quorumvis etiam Cister-
» ciensium et Cluniacensium Monasteriorum Mo-
» nachis et aliorum etiam mendicantium ordinum
» fratribus, tam in spiritualibus, quam temporali-
» bus in specie vel in genere etiam comunicative
» per quoscumque Romanos Pontifices Praedecesso-
» res nostros, et pro talibus habitis, ac per Sedem
» praedictam quomodolibet concessis et quibus frui
» tam in vita quam in mortis articulo, etiam circa
» peccatorum remissiones et iniunctarum poeniten-
» tiarum relaxationes aut alias quomodolibet in fu-
» turum, quae omnia ac si de verbo ad verbum
» inferrentur, praesentibus pro expressis haberi vo-
» lumus, perpetuis futuris temporibus utamini, po-
» tiamini, et gaudeatis, ac uti, potiri, et gaudere,

» nec non illorum omnium participes esse possitis
» et debeatis indulgentias, Privilegia, praerogati-
» vas, exemptiones, immunitates, gratias, et indul-
» ta Monachis et fratribus praedictis, tam in spi-
» ritualibus quam in temporalibus tam in specie,
» quam in genere, etiam comunicative concessa,
» ut praefertur ad vos extendimus et ampliamus,
» ac in vobis locum habere et suum plenarium ef-
» fectum sortiri debere decernimus et declaramus;
» non obstantibus contrariis quibuscumque etc.

Paulus III. die 6 nov. 1536. Pontificatus sui anno tertio motu proprio, et ex certa scientia confirmavit Clericis Regul. Theat: privilegia eisdem concessa a Clem. Papa VII. ut in Bull: Rom. Bulla 31. sub Pio V. — Ad Immarcescibilem Sic et Julius III. die 10 Iunii 1554. imo et innovavit omnia et singula Privilegia. Paulus IV. vero die 7 octobris 1555 Pontificatus sui anno 1. concessit eidem Congregationi omnia et singula
» Privilegia; Indulgentias, praerogativas, exem-
» ptiones, immunitates, indulta Societati Jesu, tam
» in Spiritualibus, quam in temporalibus in specie
» et in genere concessa, et concedenda etiam comu-
» nicative, et quibus Societas hujusmodi tam in vi-
» ta quam in mortis articulo, etiam circa peccato-
» rum remissiones, et iniunctarum poenitentiarum
» relaxationes et Eucharistiae administrationem, et

» alias quomodolibet utebatur potiebatur, et gau-
» debat, aut potiri, uti, et gaudere poterat, dicta
» Clericorum Regularium Congregatio uti potiri, et
» gaudere libere et licite posset. » In cit. Bulla. Ad Immarcescibilem — sub Pio V. quae est 31 iam citata ; cuius autenticum transumptum asservatur Romae in Archivio S. Laurentii in Lucina. Gregorius XIV die 5 Aprilis 1591 in Brevi, quod est in Archivio S. Silvestri Romae Theatinis concessit » Privilegium amplissimae Comunicationis (quod
» iisdem Brevis praedicti verbis referre volumus)
» idest — Praeter privilegia Congregationi et cle-
» ricis Regularium concessa , omnibus et singu-
» lis aliis Privilegiis , exemptionibus , faculta-
» tibus , Indultis, Indulgentiis et peccatorum re-
» missionibus, et relaxationibus caeterisque gratiis
» tam in spiritualibus quam in temporalibus qui-
» busque Religionibus Congregationibus, et Ordini-
» bus,quocumque nomine nuncupentur, etiam men-
» dicantium atque tam virorum , quam Mulierum ,
» eorumque monasteriis, Domibus et aliis piis locis,
» per quoscumque Romanos Pontifices predecesso-
» res nostros ac nos, dictamque Sedem hactenus
» quomodolibet concessis, et in posterum conceden-
» dis, ac quibus illorum utriusque sexus personae
» de jure vel consuetudine, aut ex privilegio, vel a-
» lias quomodolibet utuntur, potiuntur , et gaudent

» uti , potiri , et gaudere possunt , et poterunt
» quomodolibet in futurum non solum ad eorum
» instar , sed aeque principaliter, ac pariformiter
» in omnibus , ac per omnia perinde ac si eidem
» Congregationi, et Clericis specialiter, et expresse
» concessa forent, uti potiri, et gaudere libere, et
» licite valeant perpetuo concedimus, et indulgemus,
» illasque eis comunicamus, concedimus, et ad eos
» extendimus etc.

Clemens VIII. Paulus V. et Gregorius XV. haec omnia eidem Congregationi amplissime confirmarunt et praesertim Greg. XV. in Bulla die 16 octobris 1621 addidit— » Contradictores quoslibet » et rebelles per sententias , censuras, et poenas » Ecclesiasticas , aliaque opportuna juris et facti » remedia, appellatione postposita , compescendos. » Extat originale in Archivio S. Silvestri Romae.

Pro congregatione Cleric. Reg. Ministrantium infirmis.

Gregorius XIV. in sua Bulla — Illius qui — Dat. An. Incarn: 1591. undecimo Kal: Octobris Pontificatus sui Anno I. concessit Cler. Reg. Min: Inf: — Ut omnibus, et singulis quibuscumque etiam speciali nota dignis Privilegiis , exemptionibus, immunitatibus , indulgentiis , facultatibus , libertatibus , auctoritatibus , indulgentiis , favoribus ,

praerogativis, concessionibus, et gratiis quorumvis etiam Cistercientium, Cluniacensium, ac S. Benedicti Monachis, Clericis Regularibus, et Presbyteris Collegialibus Societatis Jesu; et Canonicis Regularibus Congregationis Lateranensis, ac quibuscumque aliis Clericis Regularibus et aliorum tam mendicantium, quam non mendicantium Ordinum et Congregationum fratribus, et personis tam in spiritualibus, quam in temporalibus in specie vel in genere etiam comunicative per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac sedem praefatam quomodolibet concessis; et quibus illi tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, et injunctarum poenitentiarum relaxationes aut alias quomodolibet, uti, potiri, frui, et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum perpetuis futuris temporibus uti, potiri frui et gaudere, ac illorum omnium participes esse possint ac debeant pariformiter, et aeque principaliter, absque ulla prorsus differentia perinde ac si Congregationi, Praefectis, Sociis, ac Personis, et eorum Domibus, Ecclesiis, vel Oratoriis hujusmodi nominatim, et specialiter, et generaliter concessa fuissent etc.— Non obstantibus etc. Adsunt clausulae amplissimae derogatoriae contrariorum.

Praedicta Privilegia in omnibus confirmata fue-

runt a Clem. XIII. in Bulla — Inter plurima, et egregia — Anno Inc 1764. Nono Kal. Sept. Pontificatus sui anno 171.

Pro Congregatione Clericorum Regularium Minorum.

Greg. XIV in suo Brevi — Romanus Pontifex, die 18 Feb. Clem. VIII in suo Brevi — Sacrae Religionis — die 1 Junii 1592. Bened. XIII in suo. Brevi — Sacrosanctum Apostolatus — die 23 Junii 1725 concesserunt Congregationi Cler. Reg. Min. Omnia et singula Privilegia etc. quibus gaudent Presbyteri Theatinorum, et quae Ben. XIII in cit Brevi concessit una cum omnibus, et singulis Privilegiis, Indultis, gratiis, et exemptionibus per se, aut per alios Rom Pont. Praed: aliis Religiosis ordinibus, et Congregationibus concessis.

PARS SECUNDA

CAPUT PRIMUM.

PRIVILEGIA, QUAE AD UNIVERSAM NOSTRAM CONGREGATIONEM REFERUNTUR.

I.

Non licet alicui, qui nostrae Congregationi non fuerit cooptatus nomen Piorum Operariorum sibi adsumere sub poenis ab ipsis locorum Ordinariis arbitrandis. Ex Brevi Bened. XIII. Nostrae Congregationi Pior. Operariorum 3 Junii 1726.

II.

Universa nostra Congregatio est sub auspiciis Congregationis *de Propaganda fide*; idcirco singuli Congregationis nostrae sodales, et universa Congregatio (ut in Rescr. exprimitur) gaudent omnibus privilegiis, quibus fruuntur omnes sodalitates, quae ipsi Congregationi de Propaganda fide sunt aggregatae. Ex Rescript. Pii IX sub die 13 september 1846.

III.

Praeter Constitutiones Pii Sexti Summi Pontificis : *Inter Multiplices* etc. ex quibus nostra Congregatio omnibus , et singulis gaudet indultis indulgentiis , peccatorum remissionibus , gratiisque spiritualibus , quae fuerunt omnibus ,et singulis Congregationibus Clericorum sive regularium sive saecularium concessa , vel erunt in posterum concedenda , adest aliud Rescriptum , quo Pius VII extentionem nobis Indultorum , Privilegiorum, Indulgentiarum , aliarumque Spiritualium gratiarum concessit , quibus potiuntur , gaudent atque gaudere poterunt in posterum Sacerdotes Congregationis SS. Redemptoris etiam quoad officia propria , altaria, et ordinationes , uti si nobis fuissent haec omnia speciatim concessa.

IV.

Privilegia quibus gaudet nostra Congregatio non ad ea se extendunt dumtaxat, quae tum nobis , tum Congregationibus omnibus tam regularium quam saecularium clericorum specialiter, et immediate concessa sunt, sed etiam ad ea, quae praefatis Congregationibus cum Religiosis cunctis Ordinibus per viam comunicationis accesserunt

uti constat ex constitutione Pii VI in hujus Promptuarii limine apposita.

V.

Non obstante quod in quibusdam Apostolicis literis pro aliquo privilegio alicui regulari ordine concesso adesset clausula restrictiva, sive comunicationis prohibitiva ut in quadam Constitutione Gregor. VIII in favorem Societatis Jesu edita; qua dicitur, ut *privilegia istius sint incommunicabilia*. Nihil tamen nobis illa clausula obesset ex privilegio a Gregorio XIV postea Congregationi Regularis observantiae S. Bennardi Regnorum Hispan: concesso die 28 Jnii 1591 in suo Brevi Romanus Pontifex — per quod conceduntur praedictae Congregationi, et consequenter omnibus cum ea aeque principaliter comunicantibus omnia, et singula privilegia, quibusvis aliis Religionibus concessa, cum clausula in fine non obstantibus clausulis annullativis, cassativis, exceptivis, ac etiam comunicationis prohibitivis, aliis efficacioribus, et insolitis clausulis et decretis irritantibus in genere vel in specie. Extat hoc privilegium authenticum in archivio Patrum S. Pudentianae Romae, et illud de verbo ad verbum refert Emman. Roderic in sua collect. privileg. Regul. in Bulla 3 sub Greg. XIV.

VI.

Nostrae Congregationis omnes, et singulae Constitutiones gaudent privilegio cum inserta forma Pontificiae approbationis, et confirmationis, ac insuper inane et irritum fuit a dicta Apostolica Sede declaratum quicquid secus super illis a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contigerit. Urbanus VIII in Brevi — Militantis Ecclesiae — Dat. Nostrae Congregationi Piorum Operariorum 6. November 1634.

VII.

Comunicatio Privilegiorum, quam nostra Congregatio cum cunctis ordinibus habet ad ea etiam extenditur, quae vivae vocis oraculo illis in specie, vel in genere donata sunt. Ut in compend. Clericorum Regul. S. Pauli, et constat etiam ex Constit. Pii VI. Inter multiplices tribulationes — nostrae Congregationi dat. pluribus clausulis.

VIII.

Omnes nostri participes sunt omnium quorumcumque spiritualium bonorum, et operum, quae in omnibus Religionibus toto orbe diffusis fiunt:

Clem. XIV. concessit Congregationi Passion. in Bulla — Supremi Apostolatus.

IX.

Universa nostra Congregatio et personae eidem adscriptae, ac in posterum adscribendae, nec non domus ubilibet constitutae, et in posterum constituendae manent sub speciali Protectione Sedis Apostolicae, et id ex certa scientia, et de plenitudine potestatis vigore Bullae Clem. XIV. Supremi Apostolatus — pro Congregatione Passion: et ex Brev. Pii VI. pro Congregatione Ss. Redemptoris.

X.

Licet nostra Congregatio non sit de numero Ordinum Religiosorum ratione tamen privilegiorum, et praesertim Brevis Pii VI. Sacrosanctum Apostolatus officium — cum clausulis non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis etc. Congregationi Ss. Redemptoris dat:, gaudet privilegio exemptionis omnium caeterarum Religionum, et Congregationum; et ideo Congregatio, et omnia illius

individua, ac personae, illorumque bona quaecumque, ac omnia illius individua, ac personae, illorumque bona quaecumque ab omni Superioritate, jurisdictione, subiectione locorum ordinariorum sunt exempta, ac libera. Paulus III. Societati Jesu in Bulla Licet debitum — an. 1549 V. Kal. Maj. Item Clem. VIII. Congregationi Theatinorum per Bullam autenticam — Exponi nobis — ut in Bullar. Rom. tom. 2. fol. 565. Sixtus V. Somaschis ut in Bullar. Rom. tom. 2. Bulla 4. Æquum Reputamus — Alexand. VII. 1665 in suis Constitutionibus Apostolicis pro Sacerdotibus Congregationis Missionis. Innoc. X in Brevi Commissi nobis — 30 Julii 1647. Congregationi doctr. Christ. Clem. XIV. Congregationi Pass. D. N. J. C. in Bulla Supremi Apostolatus. Episcopi vero, qui aliquid contra id attentaverint, erunt ipso facto excomunicati post monitionem, ut habetur in Bulla Gregorii XIV. Illius qui, alibi cit.

XI.

Alexander VII. concessit Congregationi doctrinae Christ: ipsiusque Domibus, personis, domesticis, alumnis, inservientibus ibi degentibus exemptionem a cura Parochorum tam quoad admini-

strationem Sacramentorum, quam quoad Ecclesiasticam sepulturam, et a jure quocumque sepulturae an. 1660. suo Brevi— Exponi nobis— die 20 Julii et suo Rescr: die 8 decemb. 1660 et Gregorius XV. eamdem exemptionem concessit Patribus Oratorii Bononiens: etiam quoad hospites per tempus, quo in eorum domibus commorantur suo Brevi— Pius Presbyterorum — sub die 7 Septembris an. 1621.

XII.

Innoc. X. suo Brevi — Commissi nobis —13 Iulii 1647 concessit Congregationi doctrinae Christ: exemptionem ab Episcopis, ut supra diximus, sed Gregorius XV. Patribus Oratorii Bonon. aliisque oratoriis concessit exemptionem a visitatione Episcoporum suo brevi — Ex iniuncto nobis — sub die 8 Julii 1622.

XIII.

Nostri familiares exempti sunt Apostolica auctoritate ab omni iurisdictione, visitatione, correptione, et potestate ordinariornm ex concessione facta a Gregorio XIII. Congregationi Clericorum de Somasca, et confirmata a Sixto V. Bulla 4. Æquum reputavimus 1 tom. 2. Bullar. Cherub.

XIV.

Ex decreto Congregationis Sacrae Indicis datur nobis facultas asservandi in singulis nostris Bibliothecis omnes, et quoscumque damnatorum Auctorum, haereticorum etiam, prohibitos libros, secreto tamen, et sub clavi, ne ad aliorum manus perveniant, nisi his, qui prius debitam in scriptis licentiam exhibuerint 5. Martii 1759 Congregationi SS. Redempt.

XV.

Omnes conventiones, obligationes, compositiones et pacta, quae nostri faciant, etiamsi Superiores sint, contra constitutiones, et consuetudines nostrae Congregationis, et absque Superioris Generalis licentia, quae concedi nequit, absque Consultorum consilio et voto, sunt irrita et nulla ut habetur in compend. Cleric. Regul: Minor. tit. Conventiones.

XVI.

Quicumque ausi fuerint occupare res quascumque, etiamsi sit pecunia, (quae ad personas, et domus nostrae Congregationis pertineat.) nisi monitus per tridui spatium omnia integre restituerit excomunicationis sententiam ipso facto incurret, a qua absolvi nequit, nisi a Sede Apostolica, vel in mortis articulo. Leo X. Eremitis S. Augustini per Bullam datam 6 Mai 1514, et ut habetur in compendiis privileg: Cler: Regular: Theatinorum, et Minorum tit. Bona Congregationis.

XVII.

Ex Brevi autem Innocentii XI. Comissi nobis 30 Julii 1647 pro Congregatione Doctr. Christ: interdicitur Episcopis omnibus se ingerere in administrationem bonorum temporalium, Congregationis domorum gubernationum, Superiorum electiones novitiorum receptiones, transgressiones, inobedientias, suspensiones decretorum, nisi in casibus a jure permissis.

XVIII.

Omnes sententiae excommunicationis, suspensionis, et interdicti, quas contra nostra privilegia Or-

dinarii, vel alii quicumque in nos, et nostra loca ferre attentaverint sine mandato Sedis Apostolicae vel extra casus, in quibus subiicimur jurisdictioni Ordinariorum ipso facto sunt irritae, et inanes. Paulus III. Soc. Iesu in Bulla Licet debitum an. 1549. XV. Kal. Mai confirm. a Gr: XIII.

XIX.

Cum agitur de praedicta exemptione a potestate, et censuris Ordinariorum si exhibitis nostris privilegiis coram ipsis ab illis iudicetur privilegia non suffragari casui, de quo agitur. *Si dictorum privilegiorum verba sint obscura non est ad Metropolitanum provocandum, sed cum eius sit interpretari cuius est concedere, interpretatio S. Apostolicae judicii est requirenda.* Clem. X. Bulla 10 — Superna — §. VII. Tom. 7. Bullar. Rom.

CAPUT II.

De Privilegiis Capituli Generalis.

I.

Capituli Generalis praeses absolvere potest vocales a censuris occultis in foro conscientiae dum-

taxat, et ad validitatis effectum Bened. XIII. pro Congr. doct. Chr. in suo brevi — Credita — 16 Junii 1727.

II.

Superior Generalis cum sociis in Capitulo Generali accedente majore suffragiorum parte, quascumque particulares constitutiones, quas ad finem in Congregatione propositum conformes esse judicaverint, et sacris canonibus, et constitutionibus Apostolicis non sint contrariae, condendi jus habent, itemque eas mutare, alterare, cassare, et alias de novo condere possunt, quae simul ac conditae erunt auctoritate Apostolica confirmatae censentur. Clem. VII. Congregationi Theatinorum et Congregationi Clericorum S. Pauli ut in Bullar. Rom. Tom 1. Bulla 15 quae incipit — Exponi Nobis — Gregorius XIV. Clericis Ministrantibus Infirmis ut in Bullar. Romano t. 2. Bulla 17 Benedictus tandem XIV. in suo Brevi — Ad Pastoralis — in approbatione Regulae Ss. Redemptoris.

III.

Per privilegium concessum a Bened. XIII. Congregationi doctrinae Christianae suo brevi — Illius cuius — 28 sept. 1725, et a Clem. XIV Congre-

gationi Passionis D. N. I. C. in sua Bulla — Supremi Apostolatus an. 1769, nec non antea a Paulo III. Soc. Jesu in sua Bulla — Licet debitum an. 1549 conceditur Capitulo Generali facultas aedificandi ubique locorum, et recipiendi Collegia, Domus, Ecclesias, et Oratoria de sola ordinariorum licentia, nullo aliarum personarum cuiusvis ordinis, etiam Regularium requisito consensu, quamvis sint vicina Monasteriis, vel Eeclesis aliorum; cum clausulis derogatoriis, non obstantibus etc. ad hunc effectum.

IV.

Domus, Ecclesiae, Oratoria per nostros accedente consensu Capituli Generalis ubilibet constructa, vel nobis donata, eo ipso auctoritate Apostolica erecta, et confirmata sunt, ac censentur. Habetur in compendio privilegiorum Clericor. Regular. Minor: tit: Bona Congregationis.

V.

Superior Generalis cum primum electus est juxta Congregationis Regulas, et Constitutiones, eo ipso fit verus ipsius Congregationis Superior cum libera et omnimoda cura et administratione omnium, quae ad felix regimen, et prosperam di-

rectionem Congregationis pertinent : potestque cunctam exercere jurisdictionem in omnes sub eius obedientia degentes, et ubicumque commorantes Bened : XIV in suo Brevi — ad Pastoralis dignitatis — 25 feb. 1749 approbando Regulam, et institutum in forma specifica Congregationis SS. Redemptoris. Per privilegium vero Eremitarum S. Augustini, eo ipso, quod electioni de se factae consentit auctoritate Apostolica confirmatus intelligendus est, et ex Bulla etiam Clem. XIV. sepius cit. pro Generali Congregationis Pass. D: N. I. C. Idem censendum est, quoad ceteras dignitates Congregationis.

CAPUT. III.

De privilegiis Superioris Generalis, et Superiorum cujuslibet domus nostrae Congregationis.

I.

Superior Generalis Auctoritate Apostolica declarare potest omnia dubia, quae super Privilegiis, Indultis, gratiis, et exemptionibus a Sede Apostolica concessis et concedendis emerserint ad suorum subditorum conscientiae dumtaxat tranquillitatem Julius II per Bullam — Consideran-

tes — 4 Decemb. 1509, et refertur in Compendio priv. ord. Praedic. fol. 173 et Clem. VII. Tertiariis S. Francisci per Bullam datam VI. Id: Martii 1520 — Ad Uberes fructus. — est 5 in Bullar. Reg.

II.

Potest Superior Generalis ex Suprema potestate quam habet in tota Congregatione cum consensu suorum consultorum admittere ad participationem bonorum operum, orationum, indulgentiarum, quibus nostri fruuntur, et suffragiorum: procuratores, devotos, et benefactores, nostrae Congregationis. Greg. XIV pro Congregatione Cler. Reg. Minist. Infirmis in Bulla. — Illius qui — Undecimo Kal. Octob. 1591: Vide Ferr. Indulgent: a 5 n. 35 et 43.

III.

Omnia exemplaria, seu Transumpta Privilegiorum et Apostolicarum Concessionum nostrae Congregationis dummodo a nostro Superiore Generali sint subscripta ac suo sigillo munita, eamdem omnino vim habent, et eadem fides illis habenda erit tam in judicio, quam extra, ac si plumbeo sigillo obsignata essent. Julius II per Bullam —

Nihil est quod saepius — 24 septembris 1508 ordin. Erem. S. Augustini, et est 22 in Bullar: Regul:

IV.

Superior Generalis potest in nostris Ecclesiis construendis primum lapidem, et fundamenta Pontificali more benedicere. Caelestinus V suae Religioni, et refertur in compend. privileg. S. Mariae Tuliensis tit. Ecclesiae

V.

Superior Generalis cum consilio suorum consultorum potest concedere facultatem Nostris legendi libros quoscumque prohibitos, dummodo eorum Auctores sint catholici Gregorius XIII. Soc. Jesu— Exponis nobis — 8 Jun. 1575. — Imo etiam libros Haereticos ad oppugnandum Sixtus IV. Ordini Praed: et Minor:

VI.

Superior Generalis gaudet omnibus privilegiis, facultatibus et praerogativis, quibus gaudent Generales caeteri cujuscumque ordinis. Uti videre est in Bullis, quas in hujus promptuarii limine retulimus.

VII.

Superior Generalis Sacerdotibus Saecularibus, qui gratis se dedunt Congregationis Ministeriis et nostris sodalibus opitulantur, concedere potest altare privilegiatum personale, ibique celebrare Missam per mediam horam ante auroram, et mediam horam post meridiem Ben. XIV. Superiori Congregationis Sacrae Familiae die 4 Augusti 1750.

VIII.

Superior Generalis quo absente Rectores in suis domibus benedicere potest quaecumque vasa vestimenta, paramenta, ornamenta Ecclesiastica, aliaque ad Divinum cultum pro Ecclesiis nostrae Congregationis dumtaxat necessaria, et pertinentia illis exceptis, in quibus sacra unctio adhibenda erit Ben. XIV. Congregationi Piorum Operariorum 25 Iulii 1745.

IX.

Pariter ex alio indulto datur facultas Superiori Generali benedicendi quaecumque vasa, vestimenta, et alia ut supra pro Ecclesiis non pertinentibus ad nostram Congregationem Greg. XII. Exposcit – quae est in Bullar.

X.

Superior Generalis (quo absente, Superior locales) benedicere potest proprias Ecclesias Coemeteria Oratoria etc. quod si praedicta fuerint polluta ea poterit reconciliare aqua per ipsum benedicta si Episcopus, qui illam benedicat ultra duas dietas hoc est per 40. milliaria adeundus esset. Leo. Bulla — Religionis honestas — in Bullario vide Ferrar; Benedicere art. v. n. 6.

XI.

Omnes nostri possunt in omnibus dubiis, et scrupulis eorum conscientiam tangentibus secura conscientia stare determinationi Superioris Generalis, vel Rectoris Leo X. Minoribus et Julius II. Ordini Praedic. ut in eorum Comp. tit. Priore.

XII.

Visitatores nostrae Congregationis in singulis domibus, et Congregationis locis possunt concedere nostris benedictionem et indulgentiam plenariam et hoc in perpetuum. Perscribendo aliquod opus pium iuxta Ecclesiae consuetam formam. Habetur in comp. Privil: Congregatio Cleric. Reg. S. Pauli tit. visitatores.

XIII.

Nostrae Congregationis Presbytheri, qui in Missionibus peragendis officio Superioris funguntur, possunt comunicare Privilegia nostrae Congregationis relate ad confessiones excipiendas, et officium recitandum saecularibus presbytheris, qui cum nostris Missionariis morantur, vel eis quomodolibet adjunguntur: Uti In Rescr. Card. Praefecti Episcop. et Reg. Dat. Cong: Piorum Operariorum sub die 17 octobris 1834.

XIV.

Si contingat Domum aliquam Congregationis dissolvi, dimitti, aut transferri, potest Superior Generalis Consilio suorum consultorum nulla alterius requisita licentia eorum mobilia quaecumque, bona stabilia, redditus, ac proventus fundatoribus, et iis qui donarunt, si id sibi reservaverint libera restituere, aut si bona libera sint Congregationis transferre, et applicare aliis Domibus nostrae Congregationis cum oneribus tamen adnexis. Concessit Sixtus v. Benedictin: Bulla. 21— Injunctum nobis in Bull. Reg. et post decreta ann· 1624 prohibentia alienationem Urbanus VIII. Generali Minimorum Bulla 14 Cum sicut nobis—23. Iunii 1633 et Soc. Jesu Alexand. VII. Bulla 128 — Exponi nobis — tom. 5. Bull. Lugd.

XV.

Potest Superior Generalis erigere in nostris Domibus oratoria privata, et ubique in Missionibus ut in Capite V. hujus secundae partis dicendum.

XVI.

Penes Superiorem Generalem residet facultas commutandi Officium in alias vocales orationes, de quo privilegio sermo erit in capite VI. secundae partis.

XVII.

Potest eligere confessarios pro nostrae Congregationis sodalibus, absque alia quacumque licentia, ut in capite VII, et VIII hujusce secundae partis.

XVIII.

Item potest dispensare ab omni irregularitate nostros sodales, et novitios ut capite IX hujus secundae partis.

XIX.

Potest concedere comunicationem indulgentiarum quibus nostri potiuntur septuaginta viris cum uxoribus suis, et defunctis alios substituere. Xist: IV concessit Fratribus Ord. S. Hieronimi ut in Com. privileg. dictae Congr: tit. com. gratiarum.

CAPUT IV.

De Sacramentorum administratione.

I.

Possunt nostri administrare Sacramenta iis omnibus, qui in nostris morantur obsequiis, atque in domibus Congregationis continuo habitant. Paulus III. S. I. iu Bulla — Licet debitum — supra citat.

II.

Familiaribus iisdem possumus in specie ministrare Eucharistiam in nostris Ecclesiis, et oratoriis etiam tempore Paschali, et si infirmentur in nostris domibus viatico, et extrema unctione eosdem munire, eorumque confessiones quolibet anni tempore excipere ex sola approbatione superiores Congregationis Pius V. Bulla 31 post Conc. Trident — Ad immarcescibilem — pro Theatinis t. 2. Bullarii, et circa confessiones excipiendas expresse declaravit Clem. X. Bulla 10 Superna — tom. 7. Bullarii Rom.

III.

Possunt nostri in nostris Ecclesiis, atque ubicumque nobis permittitur usus altaris portatilis, ministrare Sacramentum Eucaristiae quibuscumque personis, et quoties opus fuerit. Paulus III. in Bulla — Licet debitum — S. I. an. 1549. XV. Kal. Mai; et Greg. XIII. in Brevi — Usum Altaris — anno 1575 ipsi Societati Iesu.

IV.

Leo X concessit fratribus Minimis S. Francisci de Paula, ut etiam Paschali tempore, et in mortis articulo ministrare possint in eorum Ecclesiis et domibus Sacramentum Eucharistiae suis famulis in habitu saeculari servientibus. Bulla — His quae pro fidelium — 41 in Bullar. Regul.: Quod S. Pius V. post Concilium Tridentinum extendit etiam ad hospites Bulla 31 — Ad immarcescibilem tom. 2. Bullarii Cherub. Concessum etiam fuit Theatinis a Pio IV. ut viaticum ministrare possint *hospitibus quibuscumque saecularibus, et extraneis quos in locis seu habitationibus eorum Congregationis* tunc reperiri contigerit nulla Dioecesanorum ac Parochialium Ecclesiarum et Sacerdotum curatorum, aut aliorum quorumcumque li-

centia minime requisita nec obtenta. Quod etiam confirmatnm fuit a Pio V, an. 1567. Idib. Februar in citata Bulla — Ad Immarcescibilem.

V.

Nostri possunt ministrare Sacramenta Extremae unctionis mercenariis famulis in habitu saeculari inservientibus, et infirmis in nostris domibus, iisque sepulturam in nostris Ecclesiis praebere, nulla requisita Parochorum, aut aliorum licentia. Concessit Leo X. anno 1513 Minimis — Is qui pro fidelium — sed id intelligitur durante obsequio, et familiaritate, ut idem Pontifex declaravit in Bulla — Dum intra mentis —.to : 1. Bullar. Cherub. Quod privilegium ad hospites quoslibet infirmos in nostris domibus quotiescumque de articulo mortis dubitatur extendit Sixtus IV. pro Benedictinis Vallisoletanis. Bulla 4a Bullar : Reg. et pro Theatinis S. Pius V. Bulla 31. Ad immarcescibilem tom. 2. Bull. Cherub.

VI.

Possunt nostri Christi fidelibus Eucharistiam ministrare quovis anni tempore absque licentia Parochialium Ecclesiarum excepto die Paschatis

Resurrectionis Dominicae, et articulo mortis, nisi necessitas urgeat. Paulus IV, et Pius V. Congregationi Theatinorum, ut in eorum compendio.

CAPUT V.

De Privilegiis circa Missae celebrationem.

I.

Facta est nostris sodalibus praevia licentia Praepositi Generalis costituendi oratoria ad Rem divinam faciendam non solum in domiciliis nostris Urbanis, sed etiam in suburbanis aedibus nostrae Congregationis. En verba Indulti : « Ut non so» lum in domiciliis vestris Urbanis, sed in sub» urbanis etiam Congregationis aedibus oratoria » ad rem divinam faciendam constituerent ad ae« grotantium praesertim solatium, cum quispiam » ex sodalibus vestris morbo decumberet : Esse » autem vobis optatissimum, ut quod ante, hac » venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Car» dinalium S. Concilii Tridentini Interpretum re» scripto, et declaratione nitebatur diserto Apo» stolico potestatis testimonio firmius roboretur ac » perspicuo nostrae voluntatis et auctoritatis do» cumento omnis in posterum dubitationis editus

» intercludatur. Nos ad Congregationis commo-
» da animique tui tranquillitatem intenti, tenore
» praesentium tibi, tuisque in Generali Praepo-
» situra successoribus facultatem confirmamus, et
» quatenus opus sit de novo concedimus et elar-
» giniur; ut oratoria, sicut praefertur, in domi-
» ciliis aedibusque vesris er gatis et constituati, ad
» eum prorsurs modum, quo hactenus consueve-
» runt antecessores tui; neque ullum de ea re
» volumus superesse dubitandi locum » Ben: XIII
» in Brevi datum Congregationi Pior. Oper. die 9
» decembr. 1729.

II.

Pius vero IV. derogando decretis etiam Concilii Generalis an. 1565 die 18 Mai, adeoqne post Bullam — In principiis — datam 17 febr. 1565 qua revocaverat omnia privilegia contraria statutis Conc. Trid: per Breve — Exponi — apud Peregrinum in compend. T: Missa. et in Bullar: Rom concesserat Canonicis Regul: S. Salvatoris Missam celebrare facere in proprio cubiculo, dum quis infirmitate detineretur, et exire cubiculo prohibitus fuerit per Medicum aut Superiorem, et ibi audire et Sacrosantum Eucharistiae Sacramentum libere et licite suscipere absque ordinariorum seu

quorumvis aliorum licentia minime requisita. Licentia tamen Superioris haec intelligenda.

III.

Datur nostris facultas, praevia licentia Praepositi Generalis erigendi altaria tempore dumtaxat Missionum ad Missae sacrificium celebrandum in illis domibus, ubi hospitantur, certioratis tamen de praefata nostra facultate respectivis locorum ordinariis, et servatis servandis Clem. XIV. suo Rescripto Congregationi SS. Red. die 19 Junii 1773.

IV.

Quoad Oratoria privata in domibus saecularium non obstanté decreto Clem. XI. — Nonnulli Episcopi — Quod Bened : XIV. confirmavit suis Apostolicis literis — Magno cum animi — possunt nostri in Missionis itinere, in dictis oratoriis celebrare sine praejudicio indultarii et absque praesentia privilegiatarum personarum. Pius VI. Congr. Pas. D. N. I. C. suo Rescr. die 2. Mai 1789. Imo etiam extra causam itineris et Missionum eodem privilegio utuntur per Priv: conc: Congregationi SS. Redemptoris, et Rescr: in ejusdem Congregationis Archivio asservatur. Possunt quoque Missam celebrare ubicumque altare inveniunt erectum.

V.

Nostri sacerdotes ubilibet celebrantes pro defunctorum animabus gaudent privilegio personali altaris privilegiati. Ben. XIV. suo Rescr: in forma Brevis Congr. Piorum Oper: Julii 1745 et Pius VI. in suo Rescripto et Congregationi SS. Redempt: ut supra.

VI.

Singulis nostrae Congregationis praesbyteris facta est perpetua facultas ut ipsi tam in nostris quam in aliis Ecclesiis Civitatum, Terrarum et locorum in quibus juxta laudabile nostrum Institutum sacras Missiones exercerent Missam celebrare valeant per horae spatium ante auroram, et pariter post meridiem, Clem. XI. in Brev. dat. nostrae Congregationi 10 Mai 1707, Commendat vero Praefatus Pontifex ut hoc privilegio ante auroram celebrandi nostri parce utantur.

VII.

Virtute autem communicationis cum Congregatione Puritatis Neapoli erecta extensa fuit haec praefata facultas ad duas horas ante auroram, et post meri-

diem ubique et in perpetuum ut in sua audientia Pius VI die 24 Jan. 1783 et 10 Mai 1785 concessit. Sed dubio superveniente, utrum extiterit hoc privilegium, Cardinalis Praefectus Episc. et Reg: Congregationis die 17 octobris 1834 affirmative dubio respondit. Originale hujus Rescripti afferyatur in archivio nostrae Congregationis. Imo quando adest iuxta causa possunt nostri Missam celebrare ad duas horas post mediam noctem per concessiones Alexandri VI, et Clementis VIII. quas Calmaticenses (fr. 25 c. 6. n. 95) de Lugo (de Euch: D. 29.) Diana aliique docent non esse a Conc. Trid: revocatas. Vide Ligorium de Privil: Regul.

VIII.

Nostri potiuntur facultate addendi in praef. Missae propriae Conceptionis SS. Genitricis Dei Mariae verbum — Immaculata — adeo ut legi valeat Et te in Conceptione Immaculata etc. sicut ex Apostolica concessione fieri solet penes ordinem S. Francisci per Rescr. Greg. XVI. die 9. Febr. 1838 nostrae Congregat.

IX.

Non solum in quibuscumque publicis Ecclesiis sed etiam in quisbuslibet oratoriis nostris, et cap-

pellis domesticis possumus Missam celebrare, aliaque dominica officia peragere in iisque Sacerdotes alios ad celebrandum admittere, atque Sacramenta administrare nulla adhibita limitatione personarum numeri, Missarum, aut dierum festorum Bened. XIII. die 28 Sept. 1725 in Brevi — Illius cuius — et Benedictus XIV. 9. Decembris 1729. Quod Privilegium licet in antiquo Nostrae Songregationis libello non adnotetur, tamen autenthicum extat documentum in Archivio nostrae Congregationis.

X.

Possunt nostri in locis in quibus eos morari contigerit tempore interdicti quavis etiam auctoritate Apostolica appositi ianuis clausis submissa voce missas, et divina officia celebrare excomunicatis et interdictis exclusis, sacramenta recipere et aliis ministrare, dummodo ipsi causam interdicto non dederint, nec contingat id ipsis specialiter interdictis Paulus III. Soc. Jesu in Brevi — Licet debitum — XV. Kal. Nov. 1549.

XI.

Possunt tempore interdicti familiares od famulatum nobis deputati negotiorum procuratores, et operarii hujusmodi sententiis obnoxii minime habeantur, et possunt nostris Ecclesiis interesse, et audire Divina, nisi eidem causam dederint, vel eosdem specialiter excomunicari, seu interdici contigerit Paulus III. Soc. Jesu ut supra.

XII.

Per privilegia vero Augustinianorum quaecumque concessa sunt nobis pro tempore interdicti specialis, pro generali intelliguntur concessa Sulius II. — per Bullam Religionem vestram — anno 1508.

XIII.

Per privilegium Monachorum S. Benedicti in Hispania possunt nostri tempore interdicti generalis vel specialis a iure, vel ab homine quomodocumque lati libere in nostris domibus, Ecclesiis aut Cappellis recipere ad audiendam Missam, et alia divina officia quoscumque familiares, officiales, et famulos cuiuscumque domus nostrorum ac eis Eucharistiam, et alia Ecclesiastica Sa-

cramenta ministrare, conferre, eorumque corpora tumulare sive tumulari facere si tamen nullus istorum dederit causam interdicto, secreto tamen modo, ianuis clausis, et campanis non pulsatis. Concessit Eugenius IV. per Bullam — Authenticam — ut in compendio Minor.; — Interdictum.

Scholion.

In quibus diebus possit tempore interdicti divinum officium et Missa alta voce celebrari publice, et apertis ianuis et omnibus interesse liceat vide apud auctores — de Interdicto — Attendendum semper est ne in usu horum privilegiorum quidquam fiat contra decretum Conc. Trid.: Sess. 25. Cap. 12. de Regularibus.

XIV.

Nostri tam clerici, quam laici possunt tangere calices, patenas, corporalia, et alia paramenta, cum reverentia tamen debita rebus sacris. Xixtus V. ordini Minorum et Callistus III. ut habetur in Compendio Priv: Min: tit: Corporalia.

CAPUT VI.

De facultatibus circa Divinum Officium, Et Verbi Dei Praedicationem.

I.

Penes nostrum Praepositum Generalem residet facultas divinum officium nostris commutandi in alias suo arbitrio determinandas vocales precationes in actu Missionum. Ex Rescr: perpetuo Ben. XIV nostrae Congregationi Pior. Oper. die 13 Julii 1745, et per vivae vocis oraculum Congregationi Purit. 23 apr il: 1784. Extensa fuit praefata concessio a Pio VI ad actum exercitiorum noveparum triduorum, et cuiuslibet continuatae praedicationis, etiamsi haec proprio nomine peragantur a nostris quod a Pio IX per Rescr. perp. die 13 sept. anno 1846, Nostrae Congregationi concessit. Quod vero attinet ad itinera Missionum causa suscepta si haec ad longinquas sint Regiones, vel per impervias, asperasque semitas itinerari nostri debuissent; hujusmodi itinere durante etiam penes Praep. Gen. residet facultas singulis vicibus commutandi eis officium Divinum in alias pias vocales precationes suo arbitrio determinandas. Pius. VI.Congregationi nostrae

Piorum Operariorum per Rescr. sub die 16 Julii 178 in perpetuum sed alio Rescripto sub die 17 octobris 1834 dat. nostrae Congregationi a Greg. XVI. quod in nostrae Archivio autent cum asservatur, absque praefatis restrictivis conditionibus omne ad prudentiam Generalis Praepositi vel superioris Missionum fuit remissum absque praefatis etiam restrictivis conditionibus. Congregationi Puritatis Neap: datur facultas commutationis divini Officii ad itinera Missionum in officium parvum B. M. V. Ex Rescr. Pii VI. Congregationi Purit. I. Junii 1777 Denique Pius Papa IX per suum Resciptum sub die 13 septembr: 1846. Nostrae Congregationi concessit arbitrio superioris tempore Missionum Novenarum Exercitiorum, Spiritualium, Triduorum: et in itinere mutari officium in orationes vocales iuxta concessiones S. M. Benedicti XIV: sub die 13 Julii 1745 die 13 Julii 1747. Pii VI die 23 Aprilis 1783. Pii VII. die 12 Decembris 1807.

II.

Possunt nostri Superiores in favorem subditorum quos multum (nota multum) occupatos in praedicationis vel alterius pietatis operibus impeditos noverint vel in cura et ministerio infirmorum totum officium Canonicum mutare in certum quo-

rumcumque Psalmorum numerum non minus septem, aut sex cum divisione tamen et septies Pater et bis Apostolorum Simbolum Clem. VII. Congr. Theat: in Bulla — Dudum pro parte — Tom 1. Bullar. Cherub.

III.

Communicatione vero cum Regularibus ii qui sunt in studio Sacrorum Canonum vel scripturae vel dogmaticae aut Moralis Theologiae, nec non componendis libris sacris, vel in administratione Sacramenti Poenitentiae vel in cura infirmorum in majore parte diei possunt praedicta dispensatione gaudere sine licentia Superioris. Innoc. IV. Monialibus Sanctae Clarae, quod privilegium iuxta divum Alph. de Ligorio de Priv. Reg. est comunicativum omnibus Regularibus et patet ex Brevi Dat. Theatinis uti in limine retulimus. Vide Ligorium de Priv. Reg. Item infirma valetudine laborantes (vulgo malaticci) senes debiles, possunt absque venia superioris recitare duas horas canonicas puta Tertiam et Sextam vel a suis confessariis petere dispensationem, et assignationem huius recitationis. Item qui nequeunt sine gravi tedio officium recitare, vel quia hipocondria opprimuntur vel scrupulis agitantur vel itinere defatigati; item valetudinarii, vel infirmi possunt a Rectore vel ab

CAPUT IV.

De Sacramentorum administratione.

I.

Possunt nostri administrare Sacramenta iis omnibus, qui in nostris morantur obsequiis, atque in domibus Congregationis continuo habitant. Paulus III. S. I iu Bulla — Licet debitum — supra citat.

II.

Familiaribus iisdem possumus in specie ministrare Eucharistiam in nostris Ecclesiis, et oratoriis etiam tempore Paschali, et si infirmentur in nostris domibus viatico, et extrema unctione eosdem munire, eorumque confessiones quolibet anni tempore excipere ex sola approbatione superiores Congregationis Pius V. Bulla 31. post Conc. Trident — Ad immarcescibilem — pro Theatinis t. 2. Bullarii, et circa confessiones excipiendas expresse declaravit Clem. X. Bulla 10 Superna — tom. 7. Bullarii Rom.

III.

Possunt nostri in nostris Ecclesiis, atque ubicumque nobis permittitur usus altaris portatilis, ministrare Sacramentum Eucaristiae quibuscumque personis, et quoties opus fuerit. Paulus III. in Bulla — Licet debitum — S. 1. an. 1549. XV. Kal. Mai; et Greg. XIII. in Brevi — Usum Altaris — anno 1575 ipsi Societati Iesu.

IV.

Leo X concessit fratribus Minimis S. Francisci de Paula, ut etiam Paschali tempore, et in mortis articulo ministrare possint in eorum Ecclesiis et domibus Sacramentum Eucharistiae suis famulis in habitu saeculari servientibus. Bulla — His quae pro fidelium — 41 in Bullar. Regul.: Quod S. Pius V. post Concilium Tridentinum extendit etiam ad hospites Bulla 31 — Ad immarcescibilem tom. 2. Bullarii Cherub. Concessum etiam fuit Theatinis a Pio IV. ut viaticum ministrare possint *hospitibus quibuscumque, saecularibus, et extraneis quos in locis seu habitationibus eorum Congregationis* tunc reperiri contigerit nulla Dioecesanorum ac Parochialium Ecclesiarum et Sacerdotum curatorum, aut aliorum quorumcumque li-

sentia minime requisita nec obtenta. Quod etiam confirmatum fuit a Pio V, an. 1567. Idib. Februar. in citata Bulla — Ad Immarcescibilem.

V.

Nostri possunt ministrare Sacramenta Extremae unctionis mercenariis famulis in habitu saeculari inservientibus, et infirmis in nostris domibus, iisque sepulturam in nostris Ecclesiis praebere, nulla requisita Parochorum, aut aliorum licentia. Concessit Leo X. anno 1513 Minimis — Is qui pro fidelium — sed id intelligitur durante obsequio, et familiaritate, ut idem Pontifex declaravit in Bulla — Dum intra mentis —, to : 1. Bullar. Cherub. Quod privilegium ad hospites quoslibet infirmos in nostris domibus quotiescumque de articulo mortis dubitatur extendit Sixtus IV. pro Benedictinis Vallisoletanis Bulla 4a Bullar: Reg. et pro Theatinis S. Pius V. Bulla 31. Ad immarcescibilem tom. 2. Bull. Cherub.

VI.

Possunt nostri Christi fidelibus Eucharistiam ministrare quovis anni tempore absque licentia — Parochialium Ecclesiarum excepto die Paschatis

Resurrectionis Dominicae, et articulo mortis, nisi necessitas urgeat. Paulus IV, et Pius V. Congregationi Theatinorum, ut in eorum compendio.

CAPUT V.

De Privilegiis circa Missae celebrationem.

I.

Facta est nostris sodalibus praevia licentia Praepositi Generalis costituendi oratoria ad Rem divinam faciendam non solum in domiciliis nostris Urbanis, sed etiam in suburbanis aedibus nostrae Congregationis. En verba Indulti: « Ut non solum in domiciliis vestris Urbanis, sed in suburbanis etiam Congregationis aedibus oratoria ad rem divinam faciendam constituerent ad aegrotantium praesertim solatium, cum quispiam ex sodalibus vestris morbo decumberet: Esse autem vobis optatissimum, ut, quod ante hac venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Concilii Tridentini Interpretum rescripto, et declaratione nitebatur diserto Apostolico potestatis testimonio firmius roboretur ac perspicuo nostrae voluntatis et auctoritatis documento omnis in posterum dubitationis aditus

» intercludatur. Nos ad Congregationis commo-
» da animique tui tranquillitatem intenti, tenore
» praesentium tibi, tuisque in Generali Praepo-
» situra successoribus facultatem confirmamus, et
» quatenus opus sit de novo concedimus et elar-
» gimur; ut oratoria, sicut praefertur, in domi-
» ciliis aedibusque vesris er gatis et constituati, ad
» eum prorsurs modum, quo hactenus consueve-
» runt antecessores tui; neque ullum de ea re
» volumus superesse dubitandi locum » Ben: XIll
» in Brevi datum Congregationi Pior. Oper. die 9
» decembr. 1729.

II.

Pius vero IV. derogando decretis etiam Concilii Generalis an. 1565 die 18 Mai, adeoqne post Bullam — In principiis — datam 17 febr. 1565 qua revocaverat omnia privilegia contraria statutis Conc. Trid: per Breve — Exponi — apud Peregrinum in compend. T. Missa. et in Bullar: Rom concesserat Canonicis Regul: S. Salvatoris Missam celebrare facere in proprio cubiculo, dum quis infirmitate detineretur, et exire cubiculo prohibitus fuerit per Medicum aut Superiorem, et ibi audire et Sacrosantum Eucharistiae Sacramentum libere et licite suscipere absque ordinariorum seu

quorumvis aliorum licentia minime requisita. Licentia tamen Superioris haec intelligenda.

III.

Datur nostris facultas, praevia licentia Praepositi Generalis erigendi altaria tempore dumtaxat Missionum ad Missae sacrificium celebrandum in illis domibus, ubi hospitantur, certioratis tamen de praefata nostra facultate respectivis locorum ordinariis, et servatis servandis Clem. XIV. suo Rescripto Congregationi SS. Red. die 19 Junii 1773.

IV.

Quoad Oratoria privata in domibus saecularium non obstante decreto Clem. XI. — Nonnulli Episcopi — Quod Bened : XIV. confirmavit suis Apostolicis literis — Magno cum animi — possunt nostri in Missionis itinere, in dictis oratoriis celebrare sine praejudicio indultarii et absque praesentia privilegiatarum personarum. Pius VI. Congr. Pas. D. N. I. C. suo Rescr. die 2. Mai 1789. Imo etiam extra causam itineris et Missionum eodem privilegio utuntur per Priv: conc: Congregationi SS. Redemptoris, et Rescr: in ejusdem Congregationis Archivio asservatur. Possunt quoque Missam celebrare ubicumque altare inveniunt erectum.

V.

Nostri sacerdotes ubilibet celebrantes pro defunctorum animabus gaudent privilegio personali altaris priyilegiati. Ben. XIV. suo Rescr: in forma Brevis Congr. Piorum Oper: Julii 1745 et Pius VI. in suo Rescripto et Congregationi SS. Redempt: ut supra.

VI.

Singulis nostrae Congregationis praesbyteris facta est perpetua facultas ut ipsi tam in nostris quam in aliis Ecclesiis Civitatum, Terrarum et locorum in quibus juxta laudabile nostrum Institutum sacras Missiones exercerent Missam celebrare valeant per horae spatium ante auroram, et pariter post meridiem Clem. XI. in Brev. dat. nostrae Congregationi 10 Mai 1707, Commendat vero Praefatus Pontifex ut hoc privilegio ante auroram celebrandi nostri parce utantur.

VII.

Virtute autem communicationis cum Congregatione Puritatis Neapoli erecta extensa fuit haec praefata facultas ad duas horas ante auroram, et post meri-

diem ubique et in perpetuum ut in sua audientia Pius VI die 24 Jan. 1783 et 10 Mai 1785 concessit. Sed dubio superveniente utrum extiterit hoc privilegium, Cardinalis Praefectus Episc. et Reg: Congregationis die 17 octobris 1834 affirmative dubio respondit. Originale hujus Rescripti afferratur in archivio nostrae Congregationis. Imo quando adest iuxta causa possunt nostri Missam celebrare ad duas horas post mediam noctem per concessiones Alexandri VI, et Clementis VIII. quas Calmaticenses (fr. 25 c. 6. n. 95) de Lugo (de Euch: D. 29.) Diana aliique docent non esse a Conc. Trid: revocatas. Vide Ligorium de Privil: Regul.

VIII.

Nostri potiuntur facultate addendi in praef. Missae propriae Conceptionis SS. Genitricis Dei Mariae verbum — Immaculata — adeo ut legi valeat Et te in Conceptione Immaculata etc. sicut ex Apostolica concessione fieri solet penes ordinem S. Francisci per Rescr. Greg. XVI. die 9. Febr: 1838 nostrae Congregat.

IX.

Non solum in quibuscumque publicis Ecclesiis sed etiam in quisbuslibet oratoriis nostris, et cap-

pellis domesticis possumus Missam celebrare, aliaque dominica officia peragere in iisque Sacerdotes alios ad celebrandum admittere, atque Sacramenta administrare nulla adhibita limitatione personarum numeri, Missarum, aut dierum festorum Bened. XIII. die 28 Sept. 1725 in Brevi — Illius cuius — et Benedictus XIV. 9. Decembris 1729. Quod Privilegium licet in antiquo Nostrae Songregationis libello non adnotetur, tamen autenthicum extat documentum in Archivio nostrae Congregationis.

X.

Possunt nostri in locis in quibus eos morari contigerit tempore interdicti quavis etiam auctoritate Apostolica appositi ianuis clausis submissa voce missas, et divina officia celebrare excomunicatis et interdictis exclusis, sacramenta recipere et aliis ministrare, dummodo ipsi causam interdicto non dederint, nec contingat id ipsis specialiter interdictis Paulus III. Soc. Jesu in Brevi — Licet debitum — XV. Kal. Nov. 1549.

XI.

Possunt tempore interdicti familiares od famulatum nobis deputati negotiorum procuratores, et operarii hujusmodi sententiis obnoxii minime habeantur, et possunt nostris Ecclesiis interesse, et audire Divina, nisi eidem causam dederint, vel eosdem specialiter excomunicari, seu interdici contigerit Paulus III. Soc. Jesu ut supra.

XII.

Per privilegia vero Augustinianorum quaecumque concessa sunt nobis pro tempore interdicti specialis, pro generali intelliguntur concessa Sulius II. — per Bullam Religionem vestram — anno 1508.

XIII.

Per privilegium Monachorum S. Benedicti in Hispania possunt nostri tempore interdicti generalis vel specialis a iure, vel ab homine quomodocumque lati libere in nostris domibus, Ecclesiis aut Cappellis recipere ad audiendam Missam et alia divina officia quoscumque familiares, officiales, et famulos cuiuscumque domus nostrorum ac eis Eucharistiam, et alia Ecclesiastica Sa-

cramenta ministrare, conferre, eorumque corpora tumulare sive tumulari facere si tamen nullus istorum dederit causam interdicto, secreto tamen modo, ianuis clausis, et campanis non pulsatis. Concessit Eugenius IV. per Bullam — Authenticam — ut in compendio Minor.; — Interdictum.

Scholion.

In quibus diebus possit tempore interdicti divinum officium et Missa alta voce celebrari publice, et apertis ianuis et omnibus interesse liceat vide apud auctores — de Interdicto — Attendendum semper est ne in usu horum privilegiorum quidquam fiat contra decretum Conc. Trid: Sess. 25. Cap. 12. de Regularibus.

XIV.

Nostri tam clerici, quam laici possunt tangere calices, patenas, corporalia, et alia paramenta, cum reverentia tamen debita rebus sacris. Xixtus V. ordini Minorum et Callistus III. ut habetur in Compendio Priv: Min: tit: Corporalia.

CAPUT VI.

De facultatibus circa Divinum Officium, Et Verbi Dei Praedicationem.

I.

Penes nostrum Praepositum Generalem residet facultas divinum officium nostris commutandi in alias suo arbitrio determinandas vocales precationes in actu Missionum. Ex Rescr: perpetuo Ben. XIV nostrae Congregationi Pior. Oper. die 13 Julii 1745, et per vivae vocis oraculum Congregationi Purit. 23 april: 1784. Extensa fuit praefata concessio a Pio VI ad actum exercitiorum novenarum triduorum, et cuiuslibet continuatae praedicationis, etiamsi haec proprio nomine peragantur a nostris quod a Pio IX per Rescr. perp. die 13 sept. anno 1846, Nostrae Congregationi concessit. Quod vero attinet ad itinera Missionum causa suscepta si haec ad longinquas sint Regiones, vel per impervias, asperasque semitas itinerari nostri debuissent; hujusmodi itinere durante etiam penes Praep. Gen. residet facultas singulis vicibus commutandi eis officium Divinum in alias pias vocales precationes suo arbitrio determinandas. Pius. VI.Congregationi nostrae

Piorum Operariorum per Rescr. sub die 16 Julii 178 in perpetuum sed alio Rescripto sub die 17 octobris 1834 dat. nostrae Congregationi a Greg. XVI. quod in nostrae Archivio autent cum asservatur, absque praefatis restrictivis conditionibus omne ad prudentiam Generalis Praepositi vel superioris Missionum fuit remissum absque praefatis etiam restrictivis conditionibus. Congregationi Puritatis Neap; datur facultas commutationis divini Officii ad itinera Missionum in officium parvum B. M. V. Ex Rescr. Pii VI. Congregationi Purit. I. Junii 1777 Denique Pius Papa IX per suum Resciptum sub die 13 septembr: 1846. Nostrae Congregationi concessit arbitrio superioris tempore Missionum: Novenarum Exercitiorum, Spiritualium, Triduorum: et in itinere mutari officium in orationes vocales iuxta concessiones S. M. Benedicti XIV: sub die 13 Julii 1745 die 13 Julii 1747. Pii VI die 23 Aprilis 1783. Pii VII. die 12 Decembris 1807.

II.

Possunt nostri Superiores in favorem subditorum quos multum (nota multum) occupatos in praedicationis vel alterius pietatis operibus impeditos noverint vel in cura et ministerio infirmorum totum officium Canonicum mutare in certum quo-

rumcumque Psalmorum numerum non minus septem, aut sex cum divisione tamen et septies Pater et bis Apostolorum Simbolum Clem. VII. Congr. Theat: in Bulla — Dudum pro parte — Tom 1. Bullar. Cherub.

III.

Communicatione vero cum Regularibus ii qui sunt in studio Sacrorum Canonum vel scripturae vel dogmaticae aut Moralis Theologiae, nec non componendis libris sacris, vel in administratione Sacramenti Poenitentiae vel in cura infirmorum in majore parte diei possunt praedicta dispensatione gaudere sine licentia Superioris. Innoc. IV. Monialibus Sanctae Clarae, quod privilegium iuxta divum Alph. de Ligorio de Priv. Reg. est comunicativum omnibus Regularibus et patet ex Brevi Dat. Theatinis uti in limine retulimus. Vide Ligorium de Priv. Reg. Item infirma valetudine laborantes (vulgo malaticci) senes debiles, possunt absque venia superioris recitare duas horas canonicas puta Tertiam et Sextam vel a suis confessariis petere dispensationem, et assignationem huius recitationis. Item qui nequeunt sine gravi tedio officium recitare, vel quia hipocondria opprimuntur vel scrupulis agitantur vel itinere defatigati; item valetudinarii, vel infirmi possunt a Rectore vel ab

alio Presbithero a superiore deputato dispensari ut dicant aliquod certum numerum vocalium precum. ✠ Eugenius IV. Ordin. S. Hieronymi Hispal: ut not: in Privileg. dicti ordin. et in compend. Cleric. Reg. tit. dispensatio §. 10— vide Comp. Priv. Congr. SS. Red. commut. (a)

IV.

Nostri aliquid divini Officii omissum sine dolo in recitatione invenientes possunt supplere recitando semel orationem dominicam cum angelica salutatione. Innoc: VIII. Ordini Min:

V.

Nostri sine licentia Episcoporum sed a superioris approbatione possunt per plateas verbum dei praedicare. In Ecclesiis nostris vero ut possint praedicare, sufficit ab Episcopo benedictionem petere etiamsi haec iis sit negata: Salmat. 11. 18. cap. 4 n. 178. Et privilegio ad Alexandro IV. uti referunt salmaticenses loc. cit. cap. 4 n. 24 et 18 etiam contradicente Parocho si adest licentia Episcopi. ItemSuperior potest tonsuratis praedicationis ministerium committere quod Greg. III. concessit regularibus ut videre est apud Divum Alphonsum de Ligorio de Priv. Reg.

(a) Si infirmi graviter aegrotent indulgere poterunt loco

V.

Nostri ad praedicationis ministerium a Praeposito destinati, non subiciuntur Episcoporum examini ad praedicationis officium exercendum in Ecclesiis alienis Salmatic: loco citat:

CAPUT VII.

De Confessoriis nostrum Congregationis.

I.

Confessarii nostrae Congregationis Romae praevio examine a Vicario de Urbis ad audiendas confessiones adprobati, facultate potiuntur non examinari extra Urbem ab ordinariis locorum, ubi fidelium confessiones excipere vellent, sed sufficit

---

officii, orationis dominicae semel, et bis salutationis Angelicae recitationem. Sed Julius III. S. I. concessit per breve Sacrae Religionis ann. 1552 die 22 Octobr. quod superior Generalis et ii, quibus id commiserit, possint commutare Officium quorumcumque nostrorum infirmorum, quos excusandos iudicaverint, in aliud opus pium et leviorem orationem durante tamen infirmitate.

se praesentari ordinariis eisque pagellas Romae habitas ostendere ac veniam et permissionem obtinere. Benedictus XIII. ut in suo Rescripto nostrae Congr: Piorum, Operar: manu Suae Sanctitatis signato ac per Decretum Congr: Episcoporum et Regular: expedito: 14 Mai 1726.

II.

Nostri Sacerdotes deputati a Superiore Generali audire possunt Confessiones nostrorum sodalium absque alia approbatione, domesticorum quoque, familiarium inservientium aliorumque in domibus nostris commorantium cum facultate absolvendi eos etiam a censuris Ecclesiasticis (vide in capite sequenti de absolutione). Et id ubique locorum etiam iter peragendo, vel alibi commorando. Ex priv: Congr: Doctrinae Chr: iuxta Breve Bened: XIII. Illius, cuius — Pstoralis et Clem. XIV. Congregationi Passionis J. C. in saepe citatâ Bulla — Supremi Apostolatus.

III.

Possunt nostri vicissim confessiones consodalium excipere tam tempore missionis, quam in itinere uti in Brevi Bened. XIV 24. Mai 1751 et ex Re-

scr: Pii IX die 13 Sept. 184 nostrae Congregationi.

IV.

Episcopi nullatenus inconsulta Sede Apostolica, confessiones audiendi facultatem adimere possunt omnibus simul unius domus Confessariis Clem. X in Bulla Superna §. 6 et 7 Tit.7 Bull. Rom.

V.

Confessarii nostrae Congregationis approbati in aliqua dioecesi ad confessiones audiendas, mortuo Episcopo possunt uti eadem licentia, Sede vacante, donec provisum fuerit de Pastore. Clem. IV. Ordini Praed. ut habetur in Collat: Privileg: Mendicantium Joan. Baptistae Confetti. Nec subiiciuntur novo examini praebendo Vicario Capitulari (vide divum Alph: de Ligorio de Privilegiis Regularium.

VI.

Possunt nostri Confessarii locorum ordinariis approbati, de licentia, tamen Praepositi Generalis, aperire literas sacrae poenitentieriae designatas magistris in theologia, vel jure canonico doctoribus,

licet ipsi nullo praefato gradu sint insigniti, et auditis confessionibus ad ipsam recurrentium; imposita illis poenitentia in literis expressa, vel de iure infligenda, ac in foro conscientiae quascumque sibi vel verbo, vel scripto, commissas absolutiones, dispensationes et poenitentiarum injunctiones excipere et exequi. Advertat tamen Praepositus ut confessarii praefati sint doctrina et prudentia praediti ut tale onus iuxta jura servare valeant Greg. XIII. in Brevi Exponi nobis die 13 aprilis 1582 Societati Jesu.

VII.

Nostri iter agendo si in dioecesi, ubi residere soliti sint, seu unde discesserint ad confessiones audiendas adprobati fuerint, est illis facultas itineris tempore inter se sodalium Confessiones excipere etsi in aliena Dioecesi reperiantur Clem. XI. per Bullam— Pastoralis Officii dat: nostrae Congregationi 9 Jan. 1710.

CAPUT VIII.

De dispensandi facultate Superioribus concessa.

Potest Superior Generalis et per ipsum deputatus vel deputandus dispensare cum iis omnibus, qui

sub obedientia Congregationis degunt, etiam cum novitiis, perseverantibus tamen in Congregatione, et quousque perseveraverint in omni irregularitate ad effectum tam suscipiendi ordines, quam gerendi quascumque praelaturas et officia Congregationis sive ante ingressum, sive post, irregularitas contracta sit ex quavis causa, et ob quemcumque excessum et delictum publicum vel occultum, casu seu data opera quomodolibet commissum atque etiam (sed in foro conscientiae tantum) ob homicidium voluntarium, seu membri mutilationem dummodo haec duo commissa non fuerint post ingressum in Congregationem, et non sint notoria (et per priv. a Martino V. etiam volontarium homicidium; sed et notorium ex priv.Ben.XIII. apud Lig: de Priv: Reg:) eosdemque reintegrare contra quamlibet inhabilitatem, atque in favorem eorum, quamcumque infamiae maculam abolere et dispensare etiam in cap:illegitimi. Concessit Congregationi Cassinensium 13 Junii 1971. S. Pius V. Bulla Dum ad Congregationem —cum clausula non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac provincialibus, et synodalibus conciliis tom. 2. Bullar. Rom. Cherub: et Gregorius XIV. Religiosis Clericis ministrantibus infirmis Bulla illius, cuius, tomo 2. Bulla 17. Bullar. Rom. et aliis. Libet hic specifica verba Bullae concessae dictae Congregationi Cler. Ministr. in-

firm. referre.,, Ac dicto Praefecto Generali pro tempore existenti seu de illius licentia Praefectis inferioribus aliorum locorum seu Provinciae dictae Congregationis pro tempore existentibus, et illorum vicariis ac loca tenentibus, ut cum eiusdem Congregationis personis defectum natalium etiam ex adulterio, sacrilegio, incestu et quovis alio nefario et illicito ac prohibito et damnato coitu provenientem patientibus, postquam in dicta Congregatione vota emiserint ut defectu huiusmodi non obstante ad quoscumque sacros etiam presbyteratus ordines promoveri, et in illis etiam in altaris ministerio ministrare etc. » Nec obstat nobis quod ajunt aliqui scilicet quod professione omnis irregularitas cesset, quod comuniter negatur (vide D. Alphonsum de Ligorio de Privil: Regularium) hinc facta oblatione iuxta laudabile nostrae Congregationis institutum, sodalis a Praeposito, vel ab eo, cui Praepositus licentiam impertitus est, dispensari potest uti diximus. Alioquin non esset amplius privilegium.

II.

Urbanus IV. Bulla virtute conspicuos an. 1265 fratribus Minoribus concedit quod Generales quoque, et etiam custodes in custodiis sibi commissis, praedictis fratribus constitutis ibidem nec non et

fratribus aliis ejusdem ordinis interdum ad eos declinantibus undecumque absolutione, et dispensatione indigentibus, sive prius quam intraverint ordinem, sive post in casibus in quibus excesserint pro quibus excomunicationis vel interdicti, aut suspensionis incurrerint sententias a jure, vel a iudice generaliter promulgatas, et hujusmodi sententias innodatis, aut in locis sic suppositis Ecclesiastico interdicto divina officia celebrantes, vel suscipientes ordines, sic ligati notam irregularitatis incurrunt absolutionis et dispensationis beneficia valeant impertiri, nisi adeo gravis fuerit et enormis excessus quod sint ad eamdem sedem merito decurrendi, (vide Bullar. Rom. Bulla tom. 1. Vide etiam Bullam Sixti VI et Bullam Priv. n. 132 tom. 1. Bullar. Rom.

Possunt nostri Superiores dispensare subditos ab irregularitate, quam contraxerint propter amentiam, quam fuerint passi, si tamen iudicio medicorum extimetur amentiae periculum cessasse. Item possunt dispensare ab irregularitate defectu corporis, et in dubio declarare defectum illum non obstare ut ordines irregularis suscipiat. Pariterque dispensare possunt ab irregularitate defectu natalium propter bigamiam, iuxta privilegium a Martino V. concessum, nec non ob irregularitatem etiam publicam defectu Lenitatis: denique possunt dispensaro

in omni inhabilitate et poenis contractis causa criminis uti esset privatio officii, beneficii, vocis activae et loci etc. etiamsi haec omnia reservata sint Sedi Apostolicae iuxta Privilegia Xisti IV. Pii V. et Gregorii XIV.

III.

Singulis annis feria secunda post Dominicam primam Quadragesimae possunt Superiores locales per se ipsos, vel per Confessarios quibus commiserint dispensare cum suis subditis etiam Novitiis sub obedientia viventibus in omni irregularitate quavis occasione vel quavis causa contracta. Conc. Paulus III. Congregationi S. Benedicti Vallisoleti Bulla 12. Exponi nobis nuper. Bullar. Reg.

IV.

Possunt nostri Superiores locales dispensare cum suis subditis in iis, in quibus possunt Episoopi jure comuni circa clericos et laicos sibi subiectos tam quoad facultatem absolvendi et dispensandi in irregularitatibus de quibus in Conc. Trid. sess. 24 cap. 6 quam quoad alias quascumque facultates. Concessit. Pius V. Fratr: Praed. Bulla Romani Pontificis — 21 Junii 1571.

V.

Nostrae Congregationis superiores possunt pro tempore dispensare Missionarios necessitatis causa

et tempore Missionum et Exercitiorum Spiritualium ab Ecclesiastico Jejunio et a cibis vetitis intuitu laborum ministerii Rescr: Pii IX sub die 13 Septembris 1846 nostrae Congregationi.

Comunicatione vero cnm aliis Congregationibus Superior Generalis potest per se, vel per alios extra Missiones etc. circa cibos vetitos et jejunia dispensare cum nostris Jul. III. Societati Jesu concessit per Breve *Sacrae Congregationis* 1554 et per concessionem vero factam Ordini Minorum Bulla Julii II *Dudum ad sacrum* eadem dispensatio extendi potest ad nostros famulos continuo habitantes in nostris domibus.

Item quisque pater potest sine auctoritate superioris dispensare consodalem circa cibos et Jejunium; dum adest causa rationabilis quae per se non esset sufficiens ad dispensationem.

CAPUT IX.

De facultate dispensandi Confessariis nostrae Congregationis concessa.

Confessarii nostrae Congregationis possunt cum poenitentibus dispensare pro foro coscientiae super irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, dummodo non sint ex homicidio voluntario, et mutilatione membrorum, et a bigamia. Conc: Ord:

Min : Sist. IV. Sedes Apost. et confirm. Julius II Bullae 10 *Dudum ad sacrum*.

Tempore vero Missionis, exercitiorum de commissione Superioris Generalis possunt dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario iuxta Rescr : Pii VI sub die 2 Maii 1789 Congr. Pass: J. C. D. N.

Item possunt dispensare cum saecularibus in omnibus, in quibus possunt Episcopi Julius II congregationi sancti Benedicti vid. Ferr. lit. v. votum art. 3. n. 77.

Item possunt dispensare extra Missiones ad petendum debitum coniugale cum transgressore voti castitatis, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, monendo huiusmodi poenitentem ad idem votum teneri tam extra licitum usum matrimonii, quam si marito, seu Uxori respective supervixerit ex Rescr: Pii IX sub die 13 septembris 1849.

Facultate potiuntur nostri confessarii dispensandi cum incestuoso, seu incestuosa ad petendum debitum coniugale, cujus ius amiserit superveniente occulta affinitate, per copulam carnalem habitam cum consanguinea, vel consanguineo, sive inprimo, et secundo, sive in secundo gradu, suae uxoris, seu respective mariti; remota occasione peccandi. Et iniuncta gravi poenitentia salutari, et confessione sacramentali semel quolibet mense per tempus arbitrio absolventis statuendum ex Rescr:praed.

Possunt iidem dispensare super occulto impedimento primi, nec non primi et secundi tantum gradus affinitatis provenientis ex illicita copula, quando agatur de matrimonio cum dicto impedimento jam contracto: Ita tamen, ut si huiusmodi affinitas proveniat ex copula cum matre desponsatae, nativitas desponsatae copulam ipsam antecedat: Monito poenitente de necessaria secreta renovatione consensus cum sua putata uxore, vel suo putato marito, certiorato, seu certiorata de nullitate prioris consensus, sed ita caute, ut ipsius delictum numquam detegatur. Remota occasione peccandi, atque iniuncta gravi poenitentia salutari, et confessione sacramentali semel in mense per tempus arbitrio confessarii statuendum: Ex eod. Rescr.

Facultatem habent nostri confessarii dispensandi super impedimento occulto criminis, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto. Monitis putatis coniugibus de necessaria secreta renovatione consensus; ac iniuncta gravi poenitentia salutari, et confessione sacramentali semel quolibet mense per tempus arbitrio confessarii, statuendum. Ex eod. praed. rescr.

Item dispensandi super occulta Irregularitate contracta ex violatione censurarum dumtaxat cum sacerdotibus, vel in sacris Ordinibus constitutis, tam saecularibus quam regularibus ex eodem rescr.

Possunt nostri dispensare in votis saecularium exceptis Pontifici reservatis Vide in capite seq. XI.

CAPUT X.

De facultate Absolvendi.

I.

Omnes confessarii nostrae Congregationis legitime approbati ab Ordinariis habent facultatem quoscumque christifideles ad eos undecumque accedentes absolvendi eorum confessionibus diligenter auditis, a quibusvis excomunicationis, suspensionis, et interdicti aliisque quibusve poenis quavis occasione, vel causa quomodlibet latis, et per eos incursis, nec non ab omnibus, et singulis eorum peccatis criminibus, et singulis excessibus ac delictis, quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam in casibus sanctae Apostolicae Sedi reservatis, et in posterum reservandis, exceptis tamen contentis in literis die Coenae Domini legi consuetis, ac pro commissis poenitentiam salutarem eis iniungendi Bened. XIII nostrae Congr. concedendo absolute, et sine ulla restrictione PP. nostrae Congregationis comunicationem privilegiorum a Sixto V. concessorum Congregationi Oratorii in Bulla: Pro his decet Romanum Pontificem. Nonis septembris 1586. cum inserta forma per rescriptum die 3 Aug. 1725 et

iterum per aliud Rescr. die 14 maii 1726: et Paulus III. Soc. Jesu in suo Brevi. Cum inter cunctas. 31 Junii 1545.

II.

Per comunicationem vero cum Congregatione SS. Redemptoris facultatem habent nostri confessarii, qua huius Congregationis ss. Redempt gaudent a Pio VI· conc. per rescr. die 20 oct. 178. et in suo Brevi confirmationis sub die 21 Aug. 1789 absolvendi etiam a casibus in bulla Coenae Domini contentis. Et licet sub hac concessione ; iuxta decr. Alex. VII. sub die 23 martii 1859 non intelligatur facultas absolvendi ab excomunicatione incursa propter haeresim , tamen hoc etiam possunt per facultatem factam societati Jesu a Julio III in Brevi. Sacrae religionis, ubi expresse et specifice conceditur facultas absolvendi quoscumque a casibus haeresis, et aliis contra fidem, et consequentibus censuris quibuscumque. Vide Suarez. Tit. 15. lib. 9. c. 2. de sac. poenit. admnistr. pag. 529.

III.

Hanc eamdem facultatem in missionibus, et exercitiis tam publicis, quam privatis habent nostri confessarii absolvendi a casibus dictae Bullae , et

etiam a primo, et reliquis omnibus, qui indigent speciali mentione, nec non a sex casibus a Clemente VIII. die 26 Nov. 1602 reservatis in Italia, et extra Urbem, Item absolvendi Haereticos etiam Dogmatizantes, facta abiuratione tempore Missionis Exercitiorum, Novenarum, Triduorum, et in qualibet serie continuatae praedicationis Pius VI. Congregationi Pass. 2. maii 1789. Pius VI. Congr. Purit. Neap.

IV.

Per facultatem concessam a Pio IV, Societati Jesu vivae vocis oraculo conceditur nostris confessariis facultas absolvendi eos, qui mittuntur ad triremes a quibuscumque casibus non solum sine ulla exceptione, sed etiam cum hac additione *sicut in articulo mortis*, quae indicat amplissimam facultatem. Vide Suarez t. XV. lib. 9. c. 2. de Sacr. Poen: administr: n. 9. id tamen ex commissione Praep. Generalis, et aliorum Superiorum.

V.

Superiores cuiuscumque domus, et confessarii ab ipsis deputati, atque ab Episcopo loci approbati possunt quoscumque tam Saeculares, quam Regulares in quolibet secessu, vel domo, vel pu-

blica Ecclesia seu in Oratorio privato Spiritualia exercitia peragentes, eorum confessionibus diligenter auditis absolvere — *a quibuscumque ipsorum peccatis*, *excessibus* (sunt verba Brevis) *ac delictis quantumcumque gravibus et enormibus et cuicumque* etiam sedi Apost : *reservatis* in foro conscientiae tantum, poenitentia tamen salutari pro modo culpae , aliisque , quae injungenda fuerint eis injunctis Ben. XIV. in suo Brevi — Quantum secessus — die 29 Martii 1753 Soc. Jesu Conc.:

Haec eadem facultas per ipsum Pontificem praedictum dictae Soc. Jesu die 16 Mai 1753 in alio Brevi —Dedimus sane— extensa est omnibus Confessariis dantibus exercitia Collegiis , Seminariis , Monialibus etc. de licentia superiorum et id pluries in anno , cum facultate hoc privilegium communicandi sacerdotibus in socios adscriptis. Adsunt authent. in Arch. SS. Red.

VI.

Nostri cum debita licentia iter habentes , vel absentes a Nostris domibus , quoties voluerint possunt sibi eligere confessarium vel Regularem vel Saecularem , et electum mutare qui eos absolvat ab omnibus casibus a quibus commorantes in eis absolvi possunt , et gaudent omnibus gratiis, privilegiis, et indulgentiis, quibus gau-

derent in illis Clem. VI. Congr. Cleric. Reg. et in eorum Compend. Tit. absolutio.

VII.

In articulo mortis possunt etiam nostri novitii et reliqui qui nobiscum participant de privilegiis a confessariis, quibus confitentur absolvi ab omnibus casibus nullo excepto cum omnimoda auctoritate, ac si in illo casu confiterentur eidem Pontifici, et confessor potest illi eadem auctoritate concedere plenariam Indulgentiam Sist. IV: Relig. Mendic: et iis qui eorum gaudent privilegiis supradicta indulgentia potest reservari ad verum mortis articulum casu, quo non sit verus casus mortis, sed reputatus et si desit copia Confessariorum, quisque Presbyter seu Saecularis seu Regularis id poterit ei concedere.

VIII.

Ex Rescr. Pii IX Nostrae Congregationi dat.: potiuntur nostri facultate absolvendi ab Excommunicatione ob manus violentas iniectas in Clericos aut Presbyteros sive saeculares sive Regulares in casibus tamen non deductis, nec de facili deducendis ad forum Ordinarii, dummodo non

sequatur mors, vel mutilatio, seu lethale vulnus aut ossium confractio, et injuncta congrua poenitentia salutari cum obbligatione caute et competenter satisfaciendi parti laesae.

Absolvendi a censuris contra duellantes inflictis dummodo casus ad forum Ordinarii non fuerint deducti: Injuncta gravi Poenitentia salutari, et aliis quae fuerint de iure iniungenda ex eod: Rescr:

IX.

Absolvendi quoscumque Poenitentes sive viros, sive Mulieres (exceptis Haereticis publicis, sive publice dogmatizantibus) a quibusvis censuris sententiis, et poenis Ecclesiasticis ob Haereses tam nemine audiente vel advertente, quam coram aliis externatas, ob Infidelitatem, et Catholicae fidei abiurationem privatc admissas, fortilegia ac Maleficia etiam cum sociis patrata nec non ob Daemonis invocationem cum pacto donandi animam, eique praestitam Idolatriam, ac superstitiones exercitas, ac demum ob quaecumque insinuata falsa dogmata incursis, postquam tamen Poenitens complices, si quos in praemissis habeat, Ordinario Loci vel Sacrae Inquisitionis Ministro in locis, in quibus viget Sacrae Inquisitionis Auctoritas, prout de jure denunciaverit. In aliis vero

locis, facta a Poenitente seria promissione denunciationem peragendi cum primum, et meliori modo, quo iudicio confessarii fieri poterit, coram ordinario loci; Et postquam in singulis casibus haereses coram confessario abjuraverit; et pactum cum maledicto daemone initum expresse revocaverit, tradita confessario syngrapha forsan exarata aliisque mediis superstitiosis ad omnia comburenda; Injuncta pro modo excessuum gravi Poenitentia salutari cum frequentia Sacramentorum, et obbligatione se prudenti iudicio Confessariorum praed, retractandi apud personas, coram quibus haereses manifestavit, et reparandi illata scandala. Ex Rescr: praed.

X.

Item absolvendi a Censuris incursis ob violationem Clausurae Regularium utriusque sexus, dommodo non fuerit cum intentione ad malum finem, etiam effectu non sequto et dummodo casus non fuerint ad forum Ordinarii deducti, cum congrua Poenitentia salutari. Et insuper absolvendi Mulieres tantum a Censuris et poenis Ecclesiasticis ob violationem ad malum finem clausurae virorum Religiosorum incursis, dummodo tamen casus occulti remaneant, injuncta gravi Poenitentia salutari cum prohibitione acceden-

di ad Ecclesiam et conventum, seu coenobium dictorum Religiosorum, durante occasione peccandi. Ex Rescr. Pii IX supra cit.

XI.

Absolvendi a censuris, ob retentionem, et lectionem, et impressionem librorum prohibitorum incursis, postquam tamen Poenitens libros prohibitos, quos in sua potestate retineat, Ordinario loci, seu ali, cui de jure, consignaverit, vel consignandos dederit confessario, iuncta congrua Poenitentia salutari. Item absolvendi imprimentes, legentes, retinentes libros haereticorum haeresim continentes, et de religione tractantes, nec non horum librorum defendentes servatis servandis ante absolutionem quoad abiurationem in manu confessarii et consignatione librorum. Ex Rescr. cit.

XII.

Absolvendi a casu sedi Apostolicae reservato, ob accepta munera a Regularibus utriusque sexus, injuncta Poenitentia, et quando agitur de muneribus infra valorem decem scutatorum, aliqua eleemosina confessarii iudicio taxanda et caute eroganda, cum primum potuerit in beneficium Religionis, cui

facienda esset restitutio, dummodo tamen non constet, quod illa fuerint de bonis propriis Religionis; quatenus vero accepta munera, vel fuerint ultra valorem scutatorum decem, vel constet fuisse de bonis propriis Religionis, facta prius restitutione quam si de praesenti adimplere nequeat praestita in confessarii manibus obligatione restituendi infra terminum confessarii arbitrio praefiniendum, alias sub reincidentia. Ex Rescr. prec.

XIII.

Absolvendi Religiosos cuiuscumque ordinis (exceptis Monialibus nisi fuerint pro ipsis ab ordinario loci approbatus vel deputatus) non solum a praemissis, sed etiam a casibus, et censuris in sua Religione reservatis, ex Rescr. Pii IX supra cit. et Brevi Pii VI. Sacrosanctum Apostolatus 21. Aug. 1789. Congr. SS. Red.

XIV.

Absolvendi a censuris, et poenis Eccles: eos, qui vetitis Masonicis aut Carbonariis, sectis aliisque similibus nomen dedere, aut favorem praestiterunt postquam a respectiva secta separaverint, et eam abiuraverint, libros, manuscripta, signa sectam respi-

cientia Confessario consignaverint quam primum ordinario transmittenda, veraque signa poenitentiae dederint Cum obbligatione denunciandi socios, ac magistros prout de jure, et quoad carbonarios, eos omnes, de quibus in §. Praecipimus — Bullae — Ecclesiam a Jesu Christo — a Pio VII editae, et a Leone XII confirmatæ. Injuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacram. confess. Aliisque iniunctis et de jure iniungendis.

XV.

De commissione Praepositi Generalis facultas est nostris confessariis etiam ubicumque approbati extiterint, confessiones excipiendi; et absolvendi cuiuscumque ordinis Religiosos a casibus quoque, et censuris in sua Religione reservatis, etiamsi eorum ordo, Congregatio, et Istitutum speciali mentione digna sint, aut ex Superiorum praescripto, vel propriis constitutionibus etiam a Sede Apostolica adprobatis, vel alias ex indulto Apostolico ipsi extra propriam Religionem peccata sua confiteri probibeantur. Ut ex indultis. Congr. SS. Red: in eorum Archivio asservatis et in comp. priv. ejusdem Congr. legitur pag. 38. §. VII.

Adverte tamen, consodalis lector, ad ea, quas

supra exposuimus ad facultatem novissime a nobis habitam a Pio. IX., qua non indigemus Superioris commissione ad Religiosos absolvendos a casibus in suo ordine reservatis. vide §. XVI. huius Capitis.

§. XVI.

Quisque nostrae Congregationis Sacerdos bis in anno eligere sibi potest confessarium, sive saecularem sive Regularem, et ab Ordinario loci adprobatum, qui eum absolvat ab omnibus casibus, et censuris Sedi Apostolicae reservatis, et dispenset ab omni irregularitate, et inhabilitate occulta ex delicto provenientibus Pius VI. Congr. Pass. D. N. J. C. die 2 Mai 1789 in suo Rescr.

Episcopi prohibere nostris nequeunt ne a dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis administrent Poenitentiae Sacramentum. Ex Decr. Clem. VIII. Significatum 22 Decemb. 1592 et ex Bulla Innoc. X. Exponi Nobis — 7 Februar. 1645.

Confessarii Nostrae Congregationis in actu confessionis sacramentalis possunt juramenta quaelibet relaxare, sine prejudicio tertii consodalibus nostris Clem. VII. pro confratribus ordinis Carmelitarum per Bullam datam prid. Id. Aug. 1530. Leo. X. per Bullam — Pastoris Æterni.

Confessarii Nostrae Congregationis absolvendo excomunicatos in foro conscientiae non tenentur servare formam, quae observatur in publicis absolutionibus, scilicet flagellationem cum psalmo Miserere. Leo X. Ordini Minorum ut in eorum compendio.

Circa absolutionem quoad nostros cum privilegia facta iis cum quibus nos comunicamus varia sint, et facult s absolvendi circa aliqua sit limitata, in aliis extensa, hinc facultates hic adnotabimus tantum, quas revera habent nostri ex se, vel ex deputatione Superioris Generalis quoad dictam absolutionem consodalibus impertiendam.

Per Privilegium igitur a Pio V. specialiter concessum Fratribus Ordinis Praedicatorum an. 1571 die 22 Julii in sua Bulla — Circumspecta benignitas per quod extenditur concessio facta Episcopis a Conc. Trid. ses. 24. c. 6. ad Praelatos illius Religionis et consequenter earum omnium quae cum ipsa comunicant possunt Superiores Nostri et ii, qui eorum locum tenent, nec non ii, quibus haec facultas delegatur, absolvere tam Novitios et familiares, quam oblatos et Sacerdotes in foro conscientiae ab omnibus peccatis et delictis occultis etiam Sedi Apost. reservatis, et a quibus absolvere possunt Episcopi suos subditos sive ex iure comuni, sive ex Conc. Trid., sive

ex quacumque alia facultate, ita Suarez. t. 15. lib. 2. de Relig. Prael. c. 12. n. 9.

Imo possunt absolvere consodales nostros non solum ab omnibus peccatis ante vel post ingressum commissis, sed etiam ab omnibus Ecclesiasticis, et saecularibus sententiis censuris et poenis a jure, vel ab homine latis incursis et etiam a casibus et censuris Sedi Apostolicae reservatis, et etiam a comprehensis in Bulla Coenae Domini, et hoc toties quoties opus fuerit injuncta pro modo culpae poenitentia salutari S. Pius V. Benedictionis Bulla 129 Dum ad Congregationem t. 2. Bullarii Cherub. Julius II. Bulla 17 — Exponi nobis. Et licet circa relata privilegia varias emanaverint constitutiones summorum Pontificum nempe Clem. VIII. die 9. Januarii 1601. 26. Nov. 1602. Pauli V. 7. Januarii 1617 et Urbani VIII. 1628. 17. Nov: haec omnia tamen intelligi debent in ordine ad saeculares non ad ipsos Regulares iuxta declarationem S. Congr: Episcoporum et Regularium ut videre est apud Pieryum, et alios et tale demonstrat Duardus in Bulla Coenae lib. 3. §. 1. q. 1. n. 29. et seq.

Volentes ingredi Congregationem et absoluti ut praefertur, incidunt in pristinas sententias, nisi mox ingressi et peractis experientiis secundum Constitutiones Congregationis oblationem emiserint, aut

emittere parati sint, etiamsi super hoc induciae eis a Praelatis Congregationis concedantur, ut habetur in compendio privileg. Cleric. Reg. tit: absolutio.

Quisque sacerdos nostrae Congregationis bis in anno potest sibi eligere confessarium etiam externum qui eum absolvat ab omnibus casibus et censuris Sedi Apostolicae reservatis, et dispenset ab omni irregularitate et inhabilitate occulta ex delicto provenientibus Pius VI. Congr: Pass. D. N. J. C. die 2. Mai 1789. per Rescr.

Per priv: a Martino V. concessum Ordini S. Hieronymi Hispan. ut in compendio Privileg. Ordinis. tit. absolutio; quoad omnes in foro conscientiae tantum, possunt confessarii nostrae Congregationis absolvere quoscumque ab omni sententia excomunicationis, suspensionis, et interdicti, et ab omni censura Ecclesiastica a qua Episcopi suos dioecesanos absolvere possunt.

Item cum eis dispensare super omni irregularitate contracta occasione hujus excommunicationis suspensionis, et interdicti, si quam divina celebrando incurrerint, nec non dispensare super quibusvis enormibus delictis. Quid autem possint Episcopi circa suos subditos, vide apud auctores, et praesertim apud Lucium Ferrar: t. 4. E. tit. Episcopus art. 5.

In Missionibus Exercitiis Spiritualibus, et in

qualibet alia serie continuatae praedicationis possunt nostri absolvere Haereticos etiam dogmatizantes et publicos, facta prius abiuratione suorum errorum in manu confessarii nostrae Congreg. Pius VI. vivae vocis oraculo Congr. Purit. 23 Apr. 1784. Pius VI. Congr. Pass. D. N. J. C. 2. Maj. 1789.

In qualibet serie continuatae praedicationis, ut supra, possunt nostri absolvere a casibus violationis Immunitatis Ecclesiasticae, Clausurae Monialium violationis ad malum finem, Simoniae realis scienter contractae et confidentiae beneficialis Pius VI. Congr. Pas. 2. Mai 1789 exceptis casibus deductis, et de facili deducendis ad forum ordinarii.

Item in eodem tempore dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario, et in aliis omnibus irregularitatibus, et suspensionibus ex delicto occulto provvenientibus, ex cap. liceat. Previa tamen licentia Praepositi Generalis sicuti concessit. Pius VI. 2. Mai 1789. in perpetuum Congreg. Passion.

Facultas quam nostri habent absolvendi a quibuscumque peccatis, censuris, etiam Sedi Apostolicae reservatis potest comunicari aliis Sacerdotibus a locorum ordinariis approbatis, et a Superioribus adiunctis tamquam socii ad audiendas

confessiones, tempore, et occasione Missionis. Bened. XIV. Piis Operariis in suo Brevi Dedimus sane sub die 16 Mai 1753.

CAPUT XI.

De facultate commutandi vota, eaque dispensandi, nec non de commutatione Horarum Canonicarum.

I.

Possunt nostri confessarii consideratis causis commutare vota simplicia in alia Poenitentiae, seu pietatis opera: exceptis quinque votis Sedi Apostolicae reservatis scilicet Castitatis, Religionis, et trium Peregrinationum, nempe ad sacra SS. Apostolorum limina, ad S. Jacobum in Compostellis, et ad Jerusalem; nec non votis poenalibus ad se se arcendum a peccatis, et insuper voto non ludendi, ac votis in quibus agitur de praeiudicio, vel de Jure tertii ex Rescr: Pii IX. sup. Cit.

Per comunicationem vero cum Regularibus extenditur praefata facultas commutationis etiam ad vota jurata; dummodo in alterius praejudicium non cadant. Paulus III. per Bullam — cum inter cunctas — Apud Confectium pag. 151, Gregor. XIII. in Bulla, quam refert Bordon: tom. I. resolut. 15., Lezan. tom. I. qu. 63.

II.

Possunt etiam nostri Confessarii in actu Sacramentalis confessionis dispensare in votis Saecularium, exceptis quinque summo Pontifici reservatis, et supra adnotatis, etiamsi reservata sint, Episcopis, exceptis iis in quibus industria personae specialiter videtur electa, non vero si ea sint ipsis jure communi. Reservata, iusta tamen interveniente causa, sine qua dispensatio semper est invalida. Constat ex pluribus privilegiis Pontificiis, praesertim Eugenii IV. Confessariis Ordinis S. Benedicti concessis in Bulla — *Etsi quaslibet personas* — in Bullar. Regular., nec non Sisti IV. in Bulla — *Sedes Apostolica* — tom. I. Bull. Cherub., item Innocentii VIII. pro Confessariis Ordinis Min. ab Episcopo approbatis.

III.

Penes nostrum Praepos: Gen: residet facultas commutandi officium divinum nostris in alias suo arbitrio determinandas vocales precationes in Missionibus: Ex Rescr. Ben. XIV. Nostrae Congr. die 13 Julii 1745.

Extensa fuit praefata concessio a Pio VI etiam ad actum exercitiorum, Novenarum Triduorum, et cujusilibet continuatae praedicationis, etiamsi haec proprio nomine peragantur a nostris; fuit directe conc. Nostrae Conc. a Pio IX per Rescr. die 13 Septem. 1846.

IV.

Quod vero attinet ad itinera Missionum causa suscepta; si haec ad longinguas sint Regiones seu per impervias asperasque semitas itinerari debuissent nostri huiusmodi itinere durante, etiam a Praep. Gen. singulis vicibus commutationem officii divini petere possunt in alias precationes Praepositi arbitrio perscribendas pius VI. Cong. nostrae per Rescr. sub die 16 Julii 1718 in perpetuum. Sed alio Rescripto sub die 17 octobris 1834 absque praefatis restrictivis conditionibus omne ad prudentiam Generalis Prep. vel Superioris Missionariorum fuit remissum. Denique Pius IX Rescr: sub die 13 Sept. 1846 concessit nostrae Congregationi ut arbitrio superioris tempore Missionum, Triduorum, Novenarum, Exercitiorum Spiritualium, et etiam occasione itineris possit nostris officium commutari in alias Orationes vocales iuxta Concessiones Ben. XIV. die 13

Julii 1747. Pii VI. die 21 Aprilis 1784. Pii VII. die 12 Decembris 1807.

CAPUT XII.

De Benedictionibus.

I.

Ex Privilegio a Bened. XIII. in Brevi — Illius Cujus die 8 Sept. 1725 congr. doct. Chr. Superior Generalis, (et Rectores in illis domibus, in quibus Superior Generalis non adsit) potest quaecumque vasa vestimenta, paramenta, ac ornamenta Ecclesiastica, aliaque ad divinum cultum pro servitio Ecclesiarum ejusdem Congregationis dumtaxat necessaria, et pertinentia benedicere, exceptis tantum iis, in quibus sacra unctio adhibenda erit. Ita etiam Bened. XIV. Congregationi nostrae Pior. Operar. 25 Jul. 1745.

II.

Ex concessione vero facta ab Innoc. VIII. ex Bulla 5. Exposcit tuae devotionis — in Bullar. Regular. Abbati Generali Cisterc. ejusque successoribus et a Gregorio XIII. Prael: Ordinis SS. Trinitatis in Bulla — Exposcit Pastoralis — quae est in Bullar. Rom. 31 potest Superior Generalis

praedicta omnia benedicere etiam ad aliarum Ecclesiarum usum.

Et ita in praxi servatur in Congregatione Cler. Regul. Minor. ut in compend. eorum privileg: tit. Benedictio Ecclesiarum, rerumque sacrarum quod authenticum extat in Archivio Congr. SS. Redempt.

III.

Superior Generalis, et Rectores benedicere possunt proprias Ecclesias coemeteria, oratoria etc. et Ecclesias proprias, pollutas reconciliare aqua per ipsos benedicta si Episcopus, qui aquam illam benedicat ultra duas dietas hoc est per 40 milliaria adeundus esset. Leo X. Bulla 6. Religionis honestas — in Bullar. Regul: vide etiam Lucium Ferrar. art. 5. n. 6. V. benedicere.

IV.

Sacerdotes vero nostrae Congregationis possunt pro nostris Ecclesiis benedicere omnia ornamenta Ecclesiae et Altarium, exceptis corporalibus Sixtus IV. Minor. de Observantia ut in eorum comp: tit. Benedicere.

V.

Si aliquis ex nostris consodalibus divino afflante spiritu vocationem habuerit ad remotissimas infidelium terras pergere, postquam et patientia et zelo, et sui contemptu evidentia signa vocationis suae dederit, si aliquis nostrum; dico, ad Missiones infidelium peragendas abierit magna consodalium laetitia, et Superioris Generalis consensu, moratusque fuerit in illis regionibus a quibus adiri Sedes Apostolica nequit, Superior Generalis huic consodali perquam zelo animarum exausto potest facultatem concedere vestes Sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, coemeteria benedicendi, et prophanatas Ecclesias reconciliandi, si Episcopus, qui ea faciat, catholicus non adsit Paulus III. Soc. Jesu in Bulla — Licet debitum — an. 1549. XV. Kal: Nov: Item facultatem dare erigendi altaria portatilia ex eadem Bulla.

VI.

Possunt nostri in Missionibus, et omnibus quibuscumque Exercitiis sollemniter Nomine Pontificis benedictionem impertiri Populo cum indulgentia plaenaria. Ex concessione Bened. XIV. Congr:

SS. Redempt. 11. Sept: 1751. et Clem: XIV. Congr. Passion. D. N. J. C. in Bulla — Supremi Apostolatus XVI. Kal. Dec. 1769. et in hujusmodi benedictione uti imagine Crucifixi cum oratione ut in calce huius opusc. Pius VI. Congr: Pass D. N. J. C. ut in eius Bulla — Praeclara virtutum — XVII. Kal. Oct. 1775.

X.

Possunt nostri benedicere Scapularia parva Santissimae Trinitatis indulgentiam impertiendo. Ex concess. per Generalem Ordinis Santissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum nobis facta, die 27 Maj. 1840.

XI.

Possunt nostri benedicere Scapularia parva Santissimae Immaculatae Conceptionis cum indulgentiis ex concess. Congreg. SS. Red. facta a Praep. Gen. Theat.

XII.

Possunt benedicere Scapularia parva Sanctissimae Mariae Virginis de Monte Carmelo cum ce-

remoniis consuetis, et indulgentiam plenariam in articulo mortis cum absolutione scapularia gestantibus impertiri ex concessione nobis a Priore Gener. ordinis Carmelit. die IV. Apr. 1840.

XIII.

Possunt quocumque tempore privatim benedicere imagines iuxta formulam Ritualis Romani Pius VI. Congr. SS. Red. 21. Aug. 1789.

XIV.

Possnnt nostri benedicere cum adnexis indulgentiis in Missionibus publice, extra Missiones privatim quinque cruces (vulgo calvaria) utentes eadem formula quae assignatur in Rituali pro benedictione novae crucis Pius IX, nostrae Congregationi confirmavit per Rescr. 13 Sept. 1846. nec non quascumque sculturas.

XV.

Pius vero Papa IX. omnes has benedicendi praedictas facultates confirmavit suo Rescripto sub die 13. Sept. 1846. Quoad vero benedictionem scapularium diversarum societatum, et confraternitarum, quae

approbatae sunt a S. Sede Apostolica, et antea nobis erant concessa a Superioribus Generalibus ordinum Religiosorum respective habentium suprapradictas sodalidates cum obligatione nomina eorum nuncianda proximiori conventui, vel sodalitati, et cum restrictione utendi hac facultate in locis iis, in quibus Monasterium vel sodalitas, vel aliquis ex Religiosis non reperiretur. Pius vero Papa IX sine ulla restrictione directe nobis et generatim concessit hanc facultatem per Rescriptum supra citatum.

XVI.

Congregationis Ss. Red: sacerdotes per diploma Magistri Gen. Ord. Praed: possunt benedicere Rosaria B. M. V. cingula divi Thomae Aquinatis, et adscriptis absolutionem impertiri.

XVII.

Pius VI. per Breve — Sacrosanctum Apostolatus officium Congregationi SS. Redemptoris die XXI. Augusti anno 1689 confirmavit Rescriptum eidem Congregationi datum die 21. Augusti anno 1781 in quo concedebat extra missiones facultatem benedicendi cruces, sacra numismata, et co-

ronas precatorias, et Rosaria S. Birgittae cum applicatione indulgentiarum in forma Ecclesiae consueta, et ab Apostolica Sede praescripta demum Pius Papa IX. confirmans concessiones a Pio VI. factas die 1. Junii 1777 et confirmatas a Pio VII. die 12. Decembris anno 1807. concessit nostris facultatem benedicendi (sunt verba rescripti) coronas, Rosaria, numismata sacra etc. cum indulgentiis adnexis, comprehensis iis, quae dicuntur S. Birgittae etiam extra tempus Missionum, et Exercitiorum Praedicabilium. Hinc mihi videtur adesse sine restrictione aliqua, et determinatione facultas benedicendi etiam Rosaria, quae a Patribus Praedicatorum benedicuntur, et quae in solo missionis tempore olim nobis erant concessa benedici per diploma ab huius ordinis Magistro Generali expeditum. Accedit, quod ea facultas, quae ipsis PP: Praed: fuit concessa vel foret concedenda, nobis quoque per comunicationem accedit, ut in 1.ª parte demonstravimus. Haec facultas benedicendi huiusmodi Rosaria fuit iis tamquam privilegium ordinis a Sede Apostolica elargita, quae etiamsi speciatim et incommunicabiliter fuerit iis data, nobis tamen etiam comunicatur per privilegium comunicationis etiam in specialibus et incomunicabilibus, uti in initio huius opusculi clare videri potest. Hoc dicendum etiam de scapularium benedi-

ctione, quae facultas per Rescriptum a Pio IX. datum nostrae Congregationi sine quacumque restrictione temporis, et personae, et loci, et sine ulla determinatione nobis est concessa.

XVIII.

Congregatio SS. Redemptoris a Sacrorum Rituum Congregatione die 8. Januarii 1803. et in perpetuum sed tempore missionis obtinuit facultatem scapularia benedicendi quin a Sacerdote imponantur saecularibus, ita ut omnia simul scapularia benedicantur et fidelibus permittatur ut suis manibus sibi ea imponant, et sine obbligatione nomina in libro sodalitatum describendi.

CAPUT XIII.

De Sacris Indulgentiis, quas nostri ubique locorum impertiri possunt.

I.

Nostri Confessarii Christifidelibus, qui pluries in mense Eucharistiam recipiunt, concedere possunt pariter pluries in mense Indulgentiam Plenariam illis diebus lucrandam, in quibus solita

opera injuncta peregerint. Pius VI: ut in suo Brev. concess. Congr. SS. Redempt. — Sacrosanctum Apostolatus — 21. August. 1789. Imo possunt sine opera injuncta hanc indulgentiam impertiri fidelibus toties, quoties Eucharistiam sumunt si saltem bis in mense Eucharistiam receperint. Pius VI. Congr. SS. Redempt. 21. Aug. 1779. cum sola benedictione confessarii nostrae Congreg.

II.

Facultate nostri potiuntur elargiendi omnibus Christifidelibus, et ubique imagines sub titulo Conceptionis B: M. semper Virginis Immaculatae ad finem, ut qui praefatam imaginem recipiat, si in adsignata die ad honorem ejusdem B. M: V. Immaculatae jejunium servaverit, et peccata sua confessus fuerit, simulque Eucharistiam receperit, et aliquam Ecclesiam visitaverit, ibique de more pias ad Deum preces effuderit, videlicet pro Chistianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, omnium peccatorum suorum quotannis in praefata die Plenariam Indulgentiam consequi valeat. Ex Brev. Benedict. XIV. in perpetuum nostrae Congr. Pioc. Oper. 5. April. 1756.

III.

Singuli Sacerdotes nostrae Congregationis facultatem habent sibi eligendi aliquam Crucifixi imaginem ex quolibet metallo confectam, qua electa, illam mutare nequeunt, nisi in casu, quo illa amittatur, eamque deferentes ad quemcumque fidelem in mortis articulo constitutum, si hic vere Poenitens, et confessus, ac sacra communione refectus sit, vel quatenus haec agere nequiverit, saltem contritus nomen Jesu ore si potuerit, sin minus corde devote invocaverit, imaginemque Crucifixi praedictam a nostro Sacerdote porrectam pie osculatus fuerit, seu tetigerit, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam consequatur. Alexander VII. in Brev. Congr. Cleric. Regul. infirmis ministrantium 25. Jan. 1656.

IV.

Indulgentia plenaria in perpetuum, defunctis etiam applicabilis, omnibus utriusque sexus fidelibus, qui in Ecclesia, ubi nostrae Missiones, aut spirituales aliae Missionis exercitationes habentur, communicaverint, imo etsi in alia Ecclesia Eucharistiam receperint, tamen praefatam Ecclesiam visitaverint de more pie Deum precan-

tes. Eamdem indulgentiam lucrantur etiam sacerdotes, qui post missam, licet alibi celebratam dictam Ecclesiam visitaverint. Haec eadem indulgentia lucrari etiam potest ab omnibus infirmis, aut alia ratione praepeditis. Ex Rescript. Innocent. XIII. 9. Novembr. 1723. Doctr. Christ. et Benedict. XIII. 5. Sept. 1726. Congr. etiam Doctr. Christ., nec non Clem. XIV. Congr. Pass.

V.

Praedicta Indulgentia Plenaria a nostris prorogari potest etiam spatio quindecim dierum post missiones peractas pro his omnibus fidelibus, qui Missionum tempore nequaquam confessi fuerint, vel temporis defectu, vel confessariorum inopia, vel tandem quia eis dilata fuit absolutio; dummodo auditores intra praefatos dies revera confiteantur, ac communione reficiantur. Pius VI. ut in sua Bulla dat. Congr. Passion. 2. Maii 1789.

VI.

Indulgentia pariter plenaria lucrari potest ab omnibus Christi fidelibus, qui per octo dies interfuerint exercitiis spiritualibus, quando a nostris dantur, etiam proprio nomine, et cuicumque

personarum coetui. Idem intelligendum de qualibet continuata serie praedicationis tum tempore Adventus, tum Quadragesimae a nostris peracta; dummodo auditores intra praefatos dies Poenitentiae, et Eucharistiae Sacramenta receperint. Constat ex Bulla Pii VI. Congr. Pass. 2. Maji 1789, et ex Brev. dat. Congr. Doctrin. Christ.

VII.

Omnes, et singuli Christi fideles vere poenitentes confessi, et sacra comunione refecti, qui per novem continuas Dominicas devote visitaverint Ecclesias, in quibus nostrae Missiones habitae sunt ibique de more pias preces ad Deum effuderint, in postrema ex praedictis Dominicis lucrantur Indulgentiam Plenariam; in reliquis vero octo Dominicis lucrantur centum dies de jnjunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta. Benedict. XIV., ut in suo Brevi perpetuo dat. nostrae Congr. Pior. Operar. 10. Maji 1755.

VIII.

Ipsis Indulgentiis, quae nobis, et fidelibus in actu Missionum jam concessae sunt, vel in po-

sterum erunt concedendae, reliqui omnes Missionarii, qui in agro Domini laborant. pariter perfruuntur, quae omnes ex Pontificia Munificentia pie defunctis in purgatorio degentibus sunt applicabiles. Benedict. XIII. ut in suo Rescript. Congr. Purit. 10. Junii. 1727.

IX.

Omnibus Christifidelibus, qui Missionum, vel exercitiorum tempore quoties opera, vel consilio aliquod pietatis opus erga proximum promoverint toties quadraginta dierum indulgentia conceditur. Clem. XIV. Congr. Pass. in Bulla —Supremi Apostolatus.

X.

Potiuntur etiam nostri privilegio, et in perpetuum, dandi nomine Pontificis Benedictionem Papalem cum indulgentia plenaria adjuncta in fine cujusque Missionis, exercitiorum triduorum novenarum, et omnis cuiuslibet continuatae praedicationis, quae indulgentia cum praefata Benedictione Papali etiam ab infirmis, legitimeque impeditis lucrari potest sine alio opere iniuncto, si

tamen sint dispositi. Ben. XIV. Congr: SS. Red: II. Sept. 1757.

In qualibet vero die vel Missionum, vel exercitiorum, lucrantur Auditores, qui interfuerint, septem annos', et totidem quadragenas de Indulgentiis; dummodo in eadem Ecclesia de more preces ad Deum effuderint. Pius VI., ut in suo Rescript. in forma Brevis Congr. SS. Redempt. 22. August. 1778.

XI.

In singulis diebus missionum sive exercitiorum indulgentiam 7. annorum totidemque quadragenarum omnes qui intersunt consequuntur si consuetas preces ad Deum effuderint Pius VI. Congr. SS. Red. die 22 Aug. 1778 in suo Rescr. in forma Brevis.

XII.

Concionatores Nostrae Congregationis pro singulis concionibus impertiri possunt suis auditoribus indulgentias 18 annorum et 222 dierum dummodo expresse addant se id facere nomine Pontificis. Vide Ferr. V. Indulg. art. 5. n. 18.

XIII.

Omnes indulgentias hactenus expositas plenarias et non plenarias possunt animabus Purgatorii per modum suffragii applicari. Ex Rescr: Ben. XIII. 25. Sept. 1728. Congr. Redempt. Romae edito 1729.

XIV.

Ceterum omnes nostri Pontificia facultate potiuntur omnibus Christifidelibus generatim in articulo mortis constitutis plenariam indulgentiam largiendi non solum per crucifixi imaginem ut supra adnotatum est, sed etiam per formulam adhibitam, quam Benedictus XIV. praescripsit et apposite ad calcem huius promptuarii legitur. Pius VI. 23. April: 1784 per Costit: Pia Mater — et a Pio IX. per Rescr. die 13 Sept. 1846. confirmat.

CAPUT XIV.

De sacris Indulgentiis ab Apostolica Sede nostris Congregationis concessis.

I.

Plenariam ludulgentiam lucrantur omnes, et singuli, qui in nostra Congregatione recepti fuerint in die, qua habitum suscipiunt, si Poenitentiae,

et Eucharistiae Sacramenta receperint. Alexander VII. ut in suo Brev. — Cum sicut accepimus — dat. nostrae Congr. Pior. Oper. die 27. Febr, 1666. Pariter Paul. V. in suo Brev. — In supremo Apostolicae — dat. Congr. Oratorii in Vallicella 30. Octobr. 1608.

II.

Indulgentiam pariter plenariam lucrantur omnes et singuli ex nostris in die Oblationis post annum probationis, in die celebrationis primae Missae, nec non consodales eam audientes, si celebraverint, vel Eucharistiam receperint, nec non in die principalis Festi propriae Ecclesiae, dummodo praefata opera injuncta posuerint. Eamdem Plenariam Indulgentiam lucrantur etiam in mortis articulo Poenitentiae, et Eucharistiae similiter Sacramentis susceptis, quae si suscipere nequeant, saltem contriti nomen Jesu ore, sin minus corde devote invocaverint. Constat ex supra cit. Brev. Alexandr. VII. nostrae Congr. Pior. Operar. nec non Pauli V. Patribus Oratorii, et Gregor. Pior. Operar. nec non Pauli V. Patribus Oratorii, et Gregor. XIV. Clericis Regul. infirm. Ministrantibus.

III.

Praepositus Generalis, vel ejus nomine Visitator singulis nostris, visitationis tempore concedere potest Indulgentiam plenariam praescribendo aliquod pium opus juxta formam Ecclesiae consuetam. Praefata concessio facta fuit Congr. Cleric. Regul. S. Pauli.

IV.

Nostri exercitia spiritualia per decem, vel saltem octo dies peragentes, Induigentiam pariter plenariam lucrantur. Alexandr. VII. die 11. Junii 1659.

V.

sexaginta dierum Indulgentiam nostri lucrantur quoties, vel pacem inter inimicos componere procuraverint, vel pauperes hospitio receperint, vel mortuos sepeliverint, vel Eucharistiae Sacramentum comitati fuerint, vel si ad bonam frugem devios revocaverint, et rudest quae ad salutem sunt necessaria, docuerint, vel si quinquies Orationem Dominicam, et salutationem Angelicam pro nostrorum defunctorum animabus recitaverint, aliud-

que quodcumque pietatis, charitatisque opus fecerint. Ex Brev. Alexandr. VII. dat. nostrae Congr. Pior. Oper. 27. Februar. 1666. — Gregor. XIV. Bulla — Illius qui — Congr. infirm. ministrant., praedicta Indulgentia est viginti annorum pro quolibet praefato pio opere.

VI.

Quicumque nostri, vel infirmi, aut senio confecti, vel itinerantes, aut undequaque vere impediti, qui Ecclesias visitare, Eucharistiam sumere, aut alia injuncta exequi non possunt ea die pro assequenda Indulgentia, illam etiam consequi valent, dummodo arbitrio Confessarii aliqua pia opera statutis diebus exequantur. Paulus V. in Bulla — Splendor. — 14. Novembr. 1606.

VII.

Plenariam Indulgentiam lucrantur nostri, si in die festo Conceptionis B. M. V. Immaculatae nostram Ecclesiam visitaverint, Poenitentiae, et Eucharistiae Sacramenta receperint, et consuetas preces in dicta Ecclesia ad Deum effuderint. Alexand. VII., ut in suo Brev. nostrae Congr. Pior. Operar. — Cum sicut Accepimus 27. Februar. 1666.

VIII.

Nostri proprias Ecclesias visitantes, et ibi orantes consequntur indulgentias omnes stationum Urbis in diebus, in quibus in Missali Romano illae descriptae sunt. Paulus V. in sua Constitut. Romanus Pontifex — 23. Maj 1606.

IX.

Orationi mentali vacantes singulis diebus per dimidium horae, et sic perseverantes per mensem integrum atque ultima Dominica ejusdem mensis confessis et comunione refectis sexaginta annos et totidem quadragenas consequntur. Paulus V. in sua Constitutione — Romanus Pontifex 23. Mai 1806.

X.

Nostri qui a Deo speciatim electi fuerint ad Missiones inter haereticos aut infideles, missi a superioribus nostris bis indulgentiam plaenariam consequi possunt confessi, et comunione refecti; quando scilicet se itineri accingunt, et quando perventi fuerint ubi mittuntur Paulus V. in Const. supra cit.

XI.

Visitantes Ecclesias, et recitantes coram SS. Sacramento quinquies Pater et Ave et Gloria pro felici statu S. Matris Ecclesiae addendo in fine alterum Pater et Ave cum Gloria ad intentionem Pontificis concedentis lucrantur omnes tam plaenarias quam non plaenarias concessas Ecclesiis urbis Hierosolymae, Compostellae et Portiunculae quacumque diei vel noctis hora. Leo X. Fratr. Minor:, et Tertiariis S. Francisci Vide Ferrar: V. Indulg. a: 5 n. 1. Et fuerunt confirmatae ab Innoc. XIII. in Brevi debitum Pastoralis — die 29 Mai 1694. Et supradictae Indulgentiae lucrari possunt etiam recitantes praedicta Pater Ave et Gloria in Oratoriis nostris domesticis, vel in nostris cellulis ex concessione Pauli III. ut refert Rodr: t. 2. q. 84 a. 7.

XII.

Paulus V. in suo Brevi — In supremo Apostolicae — sup. cit. concessit Patribus Oratorii et eorum confratribus, ut quicumque stationum tempore coram altari Maiore ejusdem Ecclesiae vel Oratorii quinquies orationem dominicam, et toties salutationem Angelicam recitaverint, quo die id

fecerint easdem indulgentias consequantur, quas consequerentur, si stationis ejusdem diei Ecclesiam visitassent.

XIII.

Gregorius XIII. in Brevi — Cum sicut accepimus — die 23 Decemb: 1579 pro Soc. Jesu concessit orantibus ante altare SS. Eucharistiae Sacramenti pro Sanctae Romanae Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, et inter principes Christianos fovenda pace, omnes et singulas Indulgentias etiam Plenarias, et peccatorum remissiones quas scilicet consequerentur si eisdem diebus Ecclesias, et loca pia indulgentiis huiusmodi decorata visitarent.

XIV.

In solemnitatibus Domini N. J. C. et Beatissimae Virginis Mariae, et in Dominicis diebus confessi, et sacra comunione refecti indulgentiam plenariam nostri consequntur. Innoc. VIII pro Minoribus. In singulis etiam primis diebus dominicis cuiuscumque mensis vere poenitentes confessi, et Eucharistia refecti indulgentia plenaria et remissione omnium peccatorum suorum pariter fruun-

tur Gregorius XIV. Clericis Ministr: Inf: in Bulla Illius qui — Alibi cit.

XV.

Nostri dantes exercitia spiritualia per dies octo, vel ad Missiones peragendas missi a Superioribus si confessi et comunione refecti fuerint et consuetas preces Deo fuderint pro qualibet vice indulgentiam plenariam consequntur Ben. XIII. Congregationi Doctr. Christ: in Brevi — Illius cuius Clem. XIV. Congr. Pass. in Bulla — Supremi Apostolatus.

XVI.

Nostri missionarii ubique gentium indulgentias quaslibet, pro quibus requiritur Sacramentalis Confessio, si illis desit copia sacerdotis consequi possunt, eliciendo contritionem et celebrando sacrificium, Ex Rescr: Clem. XII. 12. martii 1838 Societ: Jesu.

XVII.

Missae, quae celebrantur in die obitus pro nostris, vel in alio die a Sacerdotibus tam Regularibus

cujuscumque ordinis, quam a sacerdotibus saecularibus ad quodcumque Altare Ecclesiae nostrae Congregationis, suffragantur animae nostri defuncti pro quo celebratur, ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuerint Bened. XIV. pro Fratr Min: in suo Brevi —Cum sicut —die 24. martii 1741.

XVIII.

Nostri singulis feriis secundis et quartis cuiuslibet hebdomadae totius anni celebrantes pro defunctis easdem indulgentias pro animabus defunctorum consequntur ac si in Ecclesia S. Sebastiani, S. Laurentii Scalas Coeli, S. Gregorii et S. Pudentianae intra et extra muros urbis, vel in aliis eiusdem almae urbis privilegiatis locis celebrassent. Vide in Comp. Privileg. Cleric. Reg. S. Pauli tit: Indulg: et Clem. VII. Minimis ut refert: in comp: Ordinarj et in comp. Priv. ordinis S. Hieronymi.

XIX.

Nostri gaudent Privilegio altaris privilegiati personalis ubique, quotidie, et in perpetuum. Vide cap. de missae celebratione in hoc ipsomet opusculo.

XX.

Denique omnes et singulas indulgentias, quibus Regulares omnes consequi possunt virtute comunicationis, quam habent nostri cum Regularibus; item omnes indulgentias quibus gaudent moniales, sodalitates, Congregationes, tam Presbhyterorum quam saecularium.

PARS TERTIA

DE PRIVILEGIIS DOMORUM ET ECCLESIARUM NOSTRAE CONGREGATIONIS.

CAPUT I.

De Immunitate et exemptione Ecclesiarum et domorum nostrae Congregationis.

I.

Qui ausu temerario praesumpserint Ecclesias aut loca nostra infringere aut in illis violentiam damnabilem exercere ipso facto incurrunt in excomunicationem, a qua absolvi nequeunt nisi per Sedem Apostolicam. Concess. Clem. IV. Bulla Ad quibusdam locis — Bullar: Rom.

II.

Domus, Ecclesia, Oratoria per Nostros ubilibet constructa, vel nobis donata eo ipso auctoritate Apostolica erecta et confirmata sunt, ac censentur, ut habetur in compendio Privileg: Cleleg. Reg. Minor. lit. Bona Congr.

III.

Confugientibus non solum ad nostras Ecclesias sed etiam ad domus nostras manus violentae injici prohibentur a quocumque sub poena excomunicationis latae sententiae. Concessit Leo X. et Pius V. ord. S. Joan. Hieron: Bulla 9. tom. 2. Bullar. Cherub:

IV.

Ecclesiae et domus nostrae congregationis exemptae sunt a cura Parrocorum et a visitatione Episcoporum Alexand: VII. in suis Constitutionibus Apostolicis pro Congr: Missionis 1665. Innoc. X. in Brevi Commissi Nobis — 30 Julii 1647. Congr. doctr. Chr. Clem. XIV. Congr. Pass. D. N. J. C. in Bulla saepe cit. — Supremi Apostolatus — Alex. VII. Congr. Doctr. Chr. in suo brevi an. 1650. — Exponi nobis — et alii.

V.

Domus ubilibet constructae, ac in posterum constituendae manent sub speciali protectione Sedis Apostolicae, et id ex certa scientia et plenitudine potestatis vigore Bullae Clem. XIV. Supremi Apostolatus — pro Congr. Passion. et ex Brev. Pii VI. pro Congr. SS. Redemp.

VI.

In nostris Ecclesiis erigere possumus Sodalitates seu Congregationes Saecularium iuxta Concessionem Innocentii X datam PP. Doctr. Christ. in Breve Commissi nobis — 3. Julii 1847.

VII.

Tempore interdicti possumus in nostris Ecclesiis, oratoriis aut domibus Missam celebrare clausis januis etc. vide Partem Primam cap. V. hujus. opusc.

VIII.

In nostris Domibus tam urbanis quam suburbanis possumus erigere oratoria ad divinum cul-

tum auctoritate nullius alterius Superioris ad id requisita licentia Xist: V. PP. Congreg. Somaschae Bulla 4. Æquum reputamus. Bened. in Brev. nostrae Congr. Pior. Operar. die 9. decembr. 1729.

IX.

Prohibetur omnibus, et singulis personis auctoritate quavis aut superioritate fungentibus et functuris, ac cuiusvis status, gradus et conditionis ac praeminentiae et dignitatis ne ullo unquam tempore libros, quinterna, folia sive impressa sive manuscripta eidem Bibliothecae hactenus donata et assignata seu in posterum donanda, vel assignanda e Bibliotheca Domus divi Georgii Nostrae Congregationis extrahere, commodare, seu asportari, seu permitterere aut consentire aut sub quovis praetextu sub poena excomunicationis latae sententiae, a qua absolvi nequeunt nisi a Romano Pontifice, et quoad Regulares etiam poenis privationis vocis activae et passivae. Bened: XVI. Ad futuram rei memoriam— Brev: Nostrae Congr. Piorum Operariorum conc. die XXI. Junii 1756. Per. Rescriptum vero ejusdem Pontificis die 15 Julii 1756 ad conscientiam Rectoris fuit remissa extractio librorum cum facultatibus opportunis, cum voto tamen suorum conusltorum.

CAPUT II.

De Privilegiis Ecclesiarum circa divina officia.

I.

Possumus in Nostris Ecclesiis Eucharistiae sacramentum, et oleum infirmorum servare Clem. XIV. Congr. Pap. D. N. J. C. in Bulla Supremi Apostolatus saepe cit.

II.

Eucharistiam, et oleum infirmorum servare possunt etiam in cappellis, et oratoriis domesticis nostrae Congregationis, in quibus permittitur celebratio Missae et eadem retineri possumus quoties, et quando Superiori Generalis expedire in Domino videbitur Ben. XIV. in Brevi — Quemadmodum Presbyteri — 15 Julii 1744. Soc. Jesu.

III.

Ex concessione facta a Gregorio XIV. in Bulla — Illius qui XI. Kal. Octob. 1591. Cler. Minist: Infirm: Superioribus facultas datur in Congregatione aggregandi quoscumque Saeculares,

laicos, Clericos seu Presbyteros pro exercendis pietatis operibus: et sic aggregati omnibus et singulis indulgentiis et gratiis ejusdem Nostrae Congregationis gaudere et potiri possunt. Habetur et hoc ex Rescr. Pii VI. Congr. SS. Redempt. die 19 Sempt. 1781. quoad gratias indulgentias, et coetera privilegia quorum sic aggregati capaces sunt, excepto altari privilegiato.

IV.

In omnibus et singulis Ecclesiis Congregationis tam erectis quam erigendis unum altare privilegiatum pro omnibus ibi celebrantibus concessit Bened. XIV. die 18. Martii 1743. suo Rescripto in forma Brevis Congreg. Nostrae piorum Operarior. et Clemens XIII. Congr. SS. Redempt. suo Rescr. 15 Octob. 1754 et Pius VI. huic Congr. extendit. suo Brevi. Imo hoc privilegio gaudet Altare Maius Congregationis SS. Redemptoris eodem modo et forma qua Bened. XIII. in suo Brevi Illius cuius — die 28. Sept. 1725 concesserat. Congreg. Doctr. Christ: idest quod quandocumque sacerdos aliquis ejusdem Congregationis seu alius sacerdos seu Saecularis seu Regularis Missam Defunctorum ad Altare Maius pro anima Christifidelis celebrabit anima ipsa indulgentiam

consequatur ita ut D. N. Jesu Christi (sunt verba Brevis) ac Beatissimae Virginis Mariae Santorumque meritis suffragantibus a purgatorii poenis liberetur.

V.

Quicumque pro defunctis nostrae Congregationis missam celebraverit vel die obitus vel alio die ad quodcumque Altare Ecclesiae Nostrae Congregationis valet sicuti missa celebraretur ad Altare privilegiatum Ben. XIV. in suo Brevi Cum sicut — die 24 Mart. 1741. nobis comunic.

CAPUT III.

De Indulgentiis Ecclesiarum.

I.

Ex Munificentia Benedicti XIV. erga nostram Congregationem praeditae sunt nostrae Ecclesiae indulgentiis omnibus concessis et concedendis Ecclesiae S. Mariae ad Martyres de Urbe (vulgo Rotonda) quae quidem permultae sunt, ut in Transumpto Indulgentiarum quod in camerae Apostolicae Typographia extat.

Omnes Christifideles qui vere poenitentes, et confessi, vel saltem cum proposito confitendi unam

ex nostris Ecclesiis visitaverint, ibique orationem dominicam et salutationem Angelicam recitaverint et pie consuetas preces ad Deum effuderint toties quoties haec peregerint, Indulgentias omnes lucrantur quae a summis Pontificibus concessae fuerunt Loca Sancta Jerusalem visitantibus, quae distinctis locis adnumerantur quinquaginta plenariae et centum octoginta septem septena, et septem quadragenae animabus Purgatorii applicabiles.

II.

Indulgentias easdem concessit Paulus III. visitantibus altare S. Joseph. in ipsa Ecclesia S. Mariae ad Martyres de urbe toties quoties, et Alex. VII. easdem confirmavit, et concessit etiam ut toties applicari possint pro animabus Purgantibus. Paul. III. 2. Nov. 1543. Alex. VIII. 15 Mart: 1690.

Greg. XIII. concessit plenariam indulgentiam particularem Altari S. Joseph. die 19 Martii.

III.

Indulgentia plaenaria omnibus visitantibus Ecclesias nostras die 13 Mai. et 1. Novembris conceditur.

IV.

Indulgentia omnibus concessas Archiconfraternitati adorationis SS. Sacramenti et Congregationi virtuosorum S. Joseph et Terrae Sanctae Romae gaudent Ecclesiae Congregationis.

V.

Adest etiam remissio tertiae partis peccatorum visitantibus altaria Ecclesiae et in die Veneris infra octavam Paschae undecim millia annorum. Sunt et aliae plurimae indulgentiae in die inventionis S. Crucis in dominica infra octavam Ascensionis, in festis B. M. V. aliisque brevitatis gratia praetermissis. Benedictus XIV. ut in suo Brev. nostrae Congr. Pior. Operar. 18 Martii 1743.

Denique omnes indulgentiae, quae Ecclesiis Regularium, vel Piorum societatum adnexae sunt, nostris Ecclesiis sunt aeque, ac pariformiter comunicatae.

PARS QUARTA

DE INDULGENTIIS ADNEXIS IIS REBUS SACRIS QUAE A NOSTRIS BENEDICUNTUR.

CAPUT I.

De Indulgentiis adnexis coronae S. Birgittae.

I.

Si ii, qui coronas sex decadum S. Birgittae a nostris benedictas secum fuerint si eas recitaverint pro qualibet oratione dominicali centum dies de indulgentiis, nec non pro qualibet *Ave Maria* vel pro quolibet Symbolo Apostolorum tali corona recitatis Leo X suo indulto — Ex Clementi.

II.

Recitantibus vero per annum praedictam coronam, si in die arbitrio recitantium determinanda ipsi Poenitentiae, et Eucharistiae Sacramenta receperint, atque in eadem Ecclesia consuetas ad Deum preces fuderint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam defunctis etiam applicabilem concessit Clemens XI. suo Brevi—De salute Gregis Domini — 22. Sept. 1714. Bened. XIV. confirmavit.

III.

Hasce vero coronas cum praedicta indulgentia declaravit Sacra Congregatio 4 Decembr. 1714. nequaquam vendi, aut alienari posse, nec pignorari sub poena nullitatis.

IV.

Recitantes coronam S. Birgittae in die festo huius Sanctae simili modo supradictam indulgentiam consequuntur.

V.

Gestanti et recitanti coronam, si quotidie examen spirituale peregerit, 200 Indulgentiarum dies; audienti vero Missam, et quodcumque aliud opus bonum exercenti adiunctis tribus Pater et Ave 100 Indulgentiarum dies Bened. XIV.

VI.

Possunt indulgentiis supradictis frui Christifideles praefatam coronam recitantes cum sociis.

CAPUT II.

De Indulgentiis quibus gaudent gestantes Cruces et numismata sacra a nostris benedicta.

I.

Qui secum habuerint crucifixi imagines, aut sacra numismata a nostris benedicta Plenariam indulgentiam lucrantur in hisce sequentibus diebus dummodo Poenitentiae, et Eucharistiae sacramenta susceperint, et in eadem Ecclesia consuetas preces effuderint.

II.

1. In die Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, in die Epiphaniae, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, SS. Trinitatis, et Corporis Jesu Christi indulgentiam plaenariam consequentur exequendo operam injunctam ut supra.

III.

2. Indulgentiam plenariam insuper lucrantur in die Annunciationis Virginis Mariae; ejusque Assumptionis, Nativitatis cum opera injuncta uti retulimus iu hoc capit. §. 1.

IV.

3. Pariterque indulgentia plaenaria fruuntur die Nativitatis S. Joannis Baptistae, in festis SS. Apostolorum, S. Joseph, et omnium Sanctorum opus injunctum ut supra faciendo.

V.

Denique praedictam indulgentiam in mortis articulo lucrantur, dummodo sacramenta receperint, nomen Jesu devote invocaverint, et Crucifixi imaginem, vel sacra numismata praedicta pie osculati fuerint.

VI.

Admonendi vero sunt ut saltem in Hebdomada vel tertiam Rosarii partem recitent, vel ufficium parvum Beatissimae Virginis Mariae, vel defunctorum, vel septem psalmos Poenitentiales, vel Missam audiant (et si sacerdotes funt celebrent) vel visitent carceribus detentos, vel infirmos, vel eleemosinam erogent.

VII.

Insuper sciant quod dum opera iniuncta exequuntur praedictas Crucifixi imagines sive sacra numismata secum habeant iuxta clausulam Pontificiam — *Omnibus qui habebunt apud se Medalliam aut crucem etc.* quas vendere, aut alienare nequeunt.

EPILOGUS

QUARUNDAM

Indulgentiarum ad Missionum usum.

Omnes Christi fideles actus Theologales quotidie patrantes cum proposito saepius in vita, et tandem in mortis articulo sacramenta recipiendi, lucrantur pro qualibet vice septem annos ex Indulgentiis, post integrum vero mensem in praedicto pietatis exercitio Indulgentiam quoque Plenariam. Clem. XI. suo Rescript. Congr. Purit. 15 Ian. 1738.

Dicenti *Laudetur Jesus Christus*, et Respondenti *semper* 50. Indulgentiarum dies concessit Sistus V. Const. — Redditori.

Invocantibus Devote SS. Nomina Jesu, et Ma-

riae dies 25. et hanc devotionem promoventibus Indulgentiam plenariam in mortis articulo, dummodo praedicta SS. Nomina ore, vel saltem corde pronuntient. Recitantibus Litanias B. M. V. 200. dies. Idem Sistus V.

Altaris Sacrificium devote audientibus 30. mille, et 800. indulgentiarum dies, quae pro defunctis applicari possunt plures Pontifices concessere.

Recitanti quinque Pater, et Ave in honorem Passionis D. N. J. C: decem mille annos Indulgentiarum. Leo X. concessit.

Recitanti Mane, Vespere, et Meridie Angelus Domini cum tribus interjectis Ave Maria Indulgentiam Plenariam semel pro quolibet mense, confessione, ac communione peracta, concessit Adrianus IV., et Benedict. XIII. confirmavit, dummodo dicantur flexis genibus.

Devote Recitanti Salve Regina 40. dies, caput inclinanti ad SS. Jesu, et Mariae nomina 20. dies; Genuflectenti ad SS. Sacramentum 200. dies Crucem osculanti 40. dies indulgentiarum concessit Joan. XXII. Dicenti: Sit Benedicta Sancta, et Immaculata Conceptio B M. V. 100. indulgentiarum annos concessit Gregor. XV.

Recitanti circa horam noctis Psalmum De profundis pro animabus Purgatorii, vel Pater, Ave, et Requiem 100. dies, et hoc ipsum per annum

peragentibus confessis, et communione refectis Indulgentiam Plenariam quoque concessit Clemens XII.

In Triduo expositionis SS. Sacramenti devote tare visitantibus, et de more precantibus con-ssis, et communione refectis Indulgentiam Ple-ariam concessit Clemens XIII.

Recitanti qualemcumque piam Orationem ante citationem officii 50 dies; orantibus pro quolibet agone posito recitando unum Pater et Ave i-m 50. dies versando in assiduo exercitio docendi, t addiscendi rudimenta fidei semel in mense, die b ipso eligendo, indulgentiam Plenariam concessit enedictus XIV. in Bulla — Quemadmodum — 1741. ro defunctis applicabilem.

Sacerdotes post missam devote recitantes ora-onem, quae incipit. (Obsecro te Dulcissime omine Jesu Christe) consequuntur remissionem mnium defectuum commissorum, in missae cele-ratione, nec non 2300. annorum Indulgentias. Ex concessione Clement. VIII.

Recitantes in fine Horarum Canonicarum Orationem Sacrosanctae, et Individuae Trinitati consequuntur remissionem culparum in recitatione ex humana fragilitate contractarum. Ex concessione Leon. X.

CAPUT III.

e indulgentiis et Spiritualibus gratiis quibus immaculatae Virginis Conceptionis scapularia gestantes perfruuntur; et de operibus injunctis.

I.

Qui habitum parvum Immaculatae Conceptio-s M. V. a nostris benedictum receperint in die ceptionis confessi, et comunione refecti lucran-ır indulgentiam plaenariam consuetas Ecclesiae roces recitando pro indulgentiis consequendis.

II.

Eamdem indulgentiam consequentur in festo mmaculatae Conceptionis B. M. V. visitantes iquod Altare eius honori dicatum et precante a 10 pacem Principibus christianis haeresum extir-tionem et peccatorum conversionem nec non nfessi et comunione refecti.

III.

In aliis diebus festis ejusdem B. V. opera in-ıncta ut supra exequendo lucrantur septem annos le indulgentiis et totidem quadragenas.

IV.

Quicumque ex iis qui scapulari Conceptionis B. V. indutus fuerit recitans sex Pater, Ave et Gloria ad onorem SS. Trinitatis et B. Mariae semper Virginis Immaculatae precans ut supra lucrabitur *toties quoties* indulgentias omnes quibus Basilicae existentes Romae, nec non Basilicae Porziuneulae Jerusalem et Divi Jacobi Galitiae sunt decorata.

In articulo mortis gestiens scapulare huiusmodi, etiamsi non posset comunione refici, corde tamen peccata sua detestans vere et sincere contritus, nomen Jesu invocans Plenaria indulgentia, et peccatorum remissione gaudebit.

VI.

Praeter supradictas Indulgentias omnes Christi fideles qui hoc scapulari sunt ornati comunicatione privilegiorum Theatinis a Pontificum liberalitate concessorum gaudent et etiam omnibus indulgentiis cuicumque Regulari ordini vel piae societali concessis.

V.

Denique quisque fidelis huiusmodi sodalitati scapularis Conceptionis Immaculatae B. M. V. ad-

scriptus fruitur participatione omnium bonorum Spiritualium et operum, uti essent Jejunia corporis castigatio, praedicatio, eleemosinae etc., quae deo adiuvante ab omnibus Clericis Theatinis et Monialibus Theatinis tam solitariis quam oblatis.

VI.

Sacra Congregatio Indulgentiarum die 15. Decembris 1841. definivit ad indulgentiam consequendam uti supra sufficere ut fidelis jam confessus sit ab octo superioribus diebus et comunicetur, Sin vero jam transacti sint denuo debeat confiteri.

VII.

Quicumque indulgentias et spirituales gratias utilitatesque hujusmodi scapulari adnexas consequi vellet; necesse est 1. praeter devotionem sinceram, veramque erga Beatissimam Virginem debet esse in statu gratiae. 2. Ut a Deo precetur reformationem pravorum morum, et peccatorum conversionem et pro Ecclesiae necessitatibus. Ad hunc finem recitet duodecim Ave ad onorem Privilegiorum B. M. V. et tres Gloria Trinitati sicuti S. Andreas Avellin: faciebat, et aliis

facere suadebat. En verba Sancti, quae italico idiomate propono. (Sii certo che con tale orazioni impetrerai più facilmente le grazie ed avrai grande aiuto dalla Beatissima Vergine nel tempo di tua morte) 3. Ut secum ferat a collo pendens scapulare die noctuque, quod fit cerulei coloris, et indulgentiae sunt ipsi laneo scapulari adnexae, non imagini panno adiunctae, quae oramentum potius praebet devotionis.

CAPUT IV.

De Indulgentiis et Spiritualibus gratiis quibus gaudent gestantes scapulare Septem dolorum B. M. Virginis.

I.

Indulgentiam plenariam consequntur confessi et comunione refecti in die receptionis (sicuti dictum est in capite superiori).

II.

Indulgentiam plenariam lucrantur in Dominica tertia Semptempris confessi et comunione refecti visitantes Ecclesiam doloribus B. M. V. dicatam,

tibi precantes iuxta consuetum Ecclesiae morem scilicet pro Ecclesiae necessitatibus, conversione peccatorum etc.

III.

Eamdem indulgentiam consequentur in Dominica Passionis; opera ut supra injuncta persoluta Septem annos de indulgentiis in diebus Nativitatis, Annuntiationis, Assumptionis B. Virginis, opera ut supra exequendo. Eadem indulgent gaudent in qualibet feria sexta totius anni confessi et comunione refecti ut supra, et recitantes in his diebus quinquies Pater et Ave in memoriam passionis D. N. Jesu Christi.

IV.

In omnibus diebus Quadragesimae et stationum visitantes Ecclesiam vel Altare ut supra, et opera iniuncta persolvendo lucrantur omnes indulgentias stationibus Romae adnexas Innoc. XI. 1. Sept. 1681.

V.

Recitantes coronam Septem dolorum quae septem decadibus comprehenditur, quarum singulae

orationem dominicam, et septem Ave continent, pro singulis Pater et Ave eadem corona recitatis 200 dies indulgentiarum consequntur, dummodo in Ecclesiis ordinis servorum Beatae Mariae Virginis persolvuntur.

VI.

Eamdem indulgentiam lucrantur tamen Cristifideles in quocumque loco coronam huiusmodi recitaverint in feriis sextis tamen, in diebus Quadragesimae, in solemni festa dolorum Beatae Maria Virginis et in eius octava. In aliis vero diebus 100 dies indulgentiarum.

VII.

Ille vero qui vel cum sociis totam hujusmodi coronam recitaverint praeter supradictas indulgentias consequetur etiam septem annos de indulgentiis et septem quadragenas.

VIII.

Illis vero qui anno integro recitaverint hujusmodi coronam confessi et comunione refecti precantes ut supra indulgentiam plenariam lucrantur

semel in anno in die illa, quam ipsimet elegerint, applicabilem defunctis in purgatorio degentibus Alex. VII. 6. Febbr. 1657.

IX.

Eamdem indulgentiam plaenariam consequntur in articulo mortis dummodo confessi fuerint et comunione refecti, et vere poenitentes SS. nomen Jesu saltem corde invocaverint. sunt et aliae indulgentiae quas brevitatis studio omittimus.

X.

Opus injunctum precipuum adscriptis huiusmodi scapulari est recitatio septem Pater et Ave doloribus B. M. V. et.

CAPUT V.

De indulgentiis et Spiritualibus gratiis scapulari B. M. V. de Monte Carmelo concessis.

I.

Indulgentia plenaria in die receptionis persolutis operibus iniunctis ut supra.

II.

Participatio bonorum spiritualium et meritorum ordinis Carmelitarum.

III.

Die quo a saeculo Purgatorium accesserint ipsa Virgo Dei Genitrix Sabato sequenti post illorum Confratrum ac Sororum obitus visitando a poenis Purgatorii huiusmodi animas liberabit sunt verba Bullae Joannis XXII. in Bulla — Sacratissimae— confirmata ab Alexandro V. et aliis PP. Tale Privilegium non obtinetur nisi ab iis qui observaverint castitatem iuxta status sui conditionem, vel recitaverit officium divinum, vel officium parvum B. V. M. etiamsi ad hoc sint obligati ex alio capite. Si vero nesciunt legere pro dicto officio debent observare jejunia ab Ecclesia ordinata et abstineri ab aesu carnium in omnibus feriis quartis anni (Except. die Natalis D. N. J. C. aut si mandacetur in aliena domo). Insuper est recitanda quotidie tertia pars Rosarii vel septies Pater et Ave in honorem B. M. V.

IV.

Adest indulgentia plenaria in articulo mortis uti in capite Superiore diximus.

CAPUT VI.

Indulgentiae pro adscriptis Confraternitati SS. Rosarii.

I.

Indulgentia plenaria in die adscriptionis susceptis Poenitentiae et Eucharistiae Sacramentis.

II.

Recitantes per annum integrum Rosarium vel eius tertiam partem in die ad recitantis electionem susceptis sacramentis ut supra et precibus Deo porrectis pro Ecclesiae exaltatione, pro Christianorum Principum pace etc. indulgentia plenaria fruuntur.

III.

Indulgentia 100 dierum pro omni Pater et Ave gaudent recitantes rosarium vel eo utentes in dictorum Pater et Ave recitatione.

IV.

Eadem indulgentia in articulo mortis uti dictum est pro adscriptis scapulari dolorum.

V.

Aliae indulgentiae sunt pro festis B. M. V. quas brevitatis amore omittimus perscribendas.

APPENDIX

DE RITU BENEDICENDI.

Ritus benedicendi scapulare SS. Trinitatis.

℣. Adiutorium nostrum etc.
℟. Qui fecit etc.
℟. Et clamor meus etc.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Jesu Christe, qui tegmen nostrae mortalitatis induere dignatus es, obsecramus tuae largitatis abundantiam, ut hoc genus vestimenti, quod nostri Sancti Patres Joannes, et Felix ad innocentiae, et humilitatis indicium abrenunciantes huic saeculo ferre sanxerunt: ita bene ✠ dicere digneris, ut hic famulus tuus, qui (*vel haec famula tua, quae*) hoc in saeculo usus, (*vel usa*) fuerit indumento, Te induere mereatur. Qui vivis, et regnas etc.

Aspergat aqua benedicta, et imponat dicens.

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, et sanctitate veritatis. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia Majestatis adorare unitatem; quaesumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum etc.

Benedictio scapularis Mariae V. sine labe conceptae.

℣. Adiutorium nostrum etc.

℟. Qui fecit etc.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Jesu Christe, qui tegmen nostrae mortalitatis induere dignatus es, tuae largitatis clementiam humiliter imploramus, ut hoc genus vestimenti, quod in honorem et memoriam Conceptio-

is Immaculatae B. M. V. nec non, ut illo in-
utus (*vel induta*) exoret in hominum pravorum
iorum reformationem, institutum fuit, benedi-
cere digneris, ut hic famulus tuus, qui eo in-
dutus (*vel famula tua quae eo induta*) fuerit, ea-
dem B. M. V. intercedente, te quoque induere
mereatur. Qui vivis et regnas etc.

Postea Sacerdos, asperso Scapulari aquâ benedicta, imponit illud accipienti, dicens.

Accipe frater, (*vel soror*) scapulare, B. M. V. Immaculatae, ut, ea intercedente, veterem hominem exutus (*vel exuta*), et ab omni inquinamento mundatus, (*vel mundata*) ipsum perferas sine macula, et ad vitam pervenias sempiternam. Amen.

Et ego ex facultate mihi tradita recipio te in participationem bonorum spiritualium, quae in Congregatione Clericorum Regularium gratia Dei fiunt, et quae per S. Sedis Apostolicae privilegium concessa sunt, in nomine Patris ✠, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Postea dicatur trina vice, flexis genibus · Lodato e venerato sia ogni momento il SS. Sacramento; o benedetta sempre sia la Purità, e l'Immacolata Concezione della B. Vergine Maria.

Benedictio Scapularis B. M. V. de Monte Carmelo.

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Domine Deus virtutum converte nos.
℟. Et ostende faciem tuam, et salvi erimus.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Caput omnium fidelium Deus, et humani generis Salvator, hunc habitum, quem propter tuum, maeque Genitricis Virginis Mariae de Monte Carmelo amorem atque devotionem servus tuus est elaturus (*vel ancilla tua est delatura*), dextera sanctifica ✠ et hoc, quod per illud mystice atur intelligi, tua semper custodia corpore et nima serviatur, et ad remunerationem perpeuam cum sanctis omnibus felicissime perducatur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Deinde aspergat Aqua Benedicta habitum, et postea ipsum imponat dicens.

Accipe, vir devote (*vel mulier devota*), hunc habitum benedictum precans SS. Virginem, ut eius meritis illum perferas sine macula, et te ab omni adversitate defendat, atque ad vitam perducat aeternam. Amen.

Deinde dicat. Ego ex potestate mihi tradita et concessa suscipio ac recipio te ad participationem omnium orationum, disciplinarum, precum, suffragiorum, eleemosynarum, ieiuniorum, vigiliarum, Missarum, Horarum Canonicarum, ac caeterorum bonorum spiritualium, quae passim die, nocteque, cooperante misericordia Jesu Christi, a Religiosis Carmelitani Ordinis peraguntur.

In nomine Patris, ✠ et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Be ✠ nedicat te Conditor coeli, et terrae Deus omnipotens, qui te eligere dignatus est ad Beatae Virginis Mariae de Monte Carmelo Societatem et Confraternitatem; quam precamur, ut in hora obitus tui conterat caput serpentis, qui tibi est adversarius, et tandem tamquam viator palmam, et coronam sempiternam haereditatis consequaris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Aspergatur accipiens aqua benedicta.

Ritus benedicendi novas cruces vel Calvaria.

℣. Adiutorium nostrum etc.

℣. Domine exaudi orationem etc.

℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Rogamus Te, Domine, Sancte Pater omnipotens aeterne Deus, ut digneris bene ✠ dicere hos

signum crucis tuae, ut sit remedium salutare generi humano, sit soliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum, sit solamen, et protectio, ac tutela contra saeva iacula inimicorum. Per Christum Dominum etc. Amen.

Oratio.

Bene ✠ dic, Domine Jesu Christe, hanc crucem tuam per quam eripuisti mundum a potestate demonum, et superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in prevaricatione primi hominis, per Ligni vetiti sumptionem (*hic aspergat aqua benedicta*), sanctificetur hoc signum Crucis in nomine Patris ✠, et Filii ✠ et Spiritus Sancti ✠ ut orantes, inclinantesque se propter Dominum ante istam Crucem inveniant corporis et animae sanitatem. Per Christum etc. Amen.

Ritus benedicendi imagines.

Adiutorium etc.
Domine exaudi.
Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Sanctorum tuorum imagines, sive effigies sculpi, aut pingi

non reprobas, ut quoties illas corporis oculis intuemur eorum actus, et sanctitatem, ad imitandum memoriae oculis meditemur; hanc quaesumus imaginem (seu sculpturam in honorem et gloriam Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, (*vel B. V.*) (*vel Apostoli tui,*) (*vel Martiris*) *vel Confessoris,*) (*aut Pontificis*,) (*aut Virginis*) adaptatam, bene ✠ dicere et Sancti ✠ ficare digneris, et praesta, ut quicumque coram illa Unigenitum Filium tuum, (*vel B. V.*) (*vel gloriosum Apostolum* etc.), sapienter colere et honorare studuerit illius meritis et obtentu a te gratiam in praesenti, et aeternam gloriam obtineat in futurum. Per Christum Dominum etc.

Aspergat aqua benedicta.

Ritus benedicendi medalia, cruces, et coronas S. Birgittae.

Missionarius, cum intentione concedendi numismatibus, crucibus, et imaginibus ex quocumque metallo confectis, indulgentias ab Ecclesia, pia matre concessas, elevata dextera manu, ea omnia benedicens, dicat.

In nomine ✠ Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Benedictio cincturae B. M. V. sub titulo consolationis, nec non S. Augustini et Sanctae Monicae.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Domine exaudi etc.
℟. Et clamor meus etc.

Oremus:

Omnipotens, et misericors Deus, qui peccatoribus pietatis tuae misericordiam quaerentibus, veniam, et misericordiam tribuis, oramus clementiam tuam, ut hanc corrigiam bene ✠ dicere et santificare digneris; et omnis persona, quae pro peccatis suis illa praecincta fuerit, gratiam tibi continentiam, mandatorumque obedientiam servet, et intercedentibus B. Maria semper Virgine, Beatoque P. N. Augustino, atque pia Matre Monica, veniam peccatorum suorum obtineat, et vitam consequatur aeternam. Per Christum Dominum etc.

Oremus.

Praecamur te Domine Sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, ut hanc corrigiam in signum puritatis bene ✠ dicas, ad restrigendos lumbos et renes, et voluntatem sub tua lege comprimen-

dam, ut quicumque illam devotionis studio semper portaverit, et misericordiam tuam imploraverit, veniam et indulgentiam tuae sanctissimae misericordiae consequatur. Per Christum etc.

Oremus.

Adesto Domine supplicationibus nostris, ut hic famulus tuus, vel haec famula tua, cui in tuo sanctissimo nomine corrigiam nostrae sacrae Religionis imponimus, te largiente, semper devote in Religione persistat. Per Christum Dominum etc.

Aspergat Sacerdos cincturam et recipientem aqua benedicta.

Asperges me Domine hyssopo et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor.

In traditione cincturae.

Accipe corrigiam super lumbos tuos, ut sint lumbi tui praecincti in signum temperantiae et castitatis. In nomine Patris ✠ et Filii, ✠ et Spiritus ✠ Sancti Amen.

Dominus, qui coepit in te opus bonum ipse perficiat, et augmentum gratiae, et gloriae me-

ritis B. M. semper Virginis, B. Patris nostri Augustini, eiusque devotissimae Matris Monicae tibi concedat. Amen.

Et ego auctoritate Reverendissimi Patris nostri Generalis, qua fungor, indultoque Apostolico mihi commisso, te recipio atque accepto, ad participem omnium bonorum, quae fiunt per totum Ordinem nostrum, constituo.

Benedictio Dei omnipotentis Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ Sancti, descendat super te, et maneat semper. Amen.

Ritus benedicendi scapulare septem dolorum B. V.

Oremus.

Domine Jesu Christe, qui tegmen nostrae mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam largitatis tuae abundantiam, ut hoc genus vestimentorum, quod Sancti Patres ad innocentiam humilitatisque indicium in memoriam septem dolorum B. Virginis Mariae nos ferre sanxerunt, ita bene ✠ dicere digneris, ut qui illo fuerit indutus (*ea quae illo fuerit induta*) corpore pariter vel anima induat te Salvatorum nostrum. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Postea Sacerdos, asperso Scapulare aqua benedicta illud imponat, dicens.

Accipe, charissime frater, (*vel soror*) habitum B. M. Virginis, singulare signum servorum suorum in memoriam septem dolorum, quos ipsas passione et morte Unigeniti Filii sui sustinuit, ut ita indutus (*vel induta*) sub eius patrocinio perpetua vivas.

Benedictio Dei onnipotentis Patris et Filii, et Spiritus Sancti descendat super te et maneat semper Passio Domini nostri Jesu Christi, et Compassio B. M. Virginis sit in corde et corpore nostro. Amen.

Ritus benedicendi coronas quinque, decem et quindecim decadum.

℣. Adjutorium nostrum etc.
℟. Qui fecit coelum etc.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens, et misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum Unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum de coelis in terram descendere, et de

Beatissimae Virginis Mariae Dominae nostrae utero sacratissimo, Angelo nunciante, carnem suscipere, crucemque, ac mortem subire, et tertia die gloriose a mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli; obsecramus immensam clementiam tuam, ut haec signa Rosarii in honorem et laudem eiusdem Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli dicata, bene ✠ dicas, et Sancti Spiritus infundas virtutem, ut quicumque horum quolibet secum portaverit, atque in domo sua reverenter habuerit, et in eis ad te, secundum eiusdem Sanctae Societatis instituta, divina contemplando Mysteria devote oraverit, salubri et perseveranti devotione abundet, sitque concors et particeps omnium gratiarum, privilegiorum, et indulgentiarum quae eidem Societati per Sanctam sedem Apostolicam concessa fuerunt, ab omni hoste visibili et invisibili semper, ac ubique in hoc saeculo liberetur, et in exitu suo ab Ipsa Beatissima Virgine Maria Dei Genitrice tibi plenus bonis operibus praesentari mereatur. Per eumdem Christum etc.

Ritus benedicendi coronas septem decadum.

℣. Adiutorium nostrum etc.
℟. Qui fecit coelum, et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens, et misericors Deus, qui propter nimiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum Unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum pro redemptione nostra de coelis ad terram descendere, carnem suscipere, et crucis tormentum subire voluisti: obsecramus immensam clementiam tuam, ut hanc coronam in memoriam septem dolorum Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli dicatam bene ✠ dicas, et ei tantam Spiritus Sancti virtutem infundas; ut quicumque eam recitaverit, et secum portaverit, atque in domó sua reverenter tenuerit, ab omni hoste visibili, et invisibili semper, et ubique in hoc saeculo liberetur, et in exitu suo a Beatissima Virgine Maria tibi bonis operibus coronatus praesentari mereatur.

Per eumdem Dominum nostrum etc.

Aspergatur aqua benedicta.

Formula benedictionis nomine Pontificis impertiendae.

℣. Adiutorium nostrum etc.
℟. Qui fecit coelum, et terram.
℣. Salvum fac populum tuum, Domine.
℟. Et benedic haereditati tuae.

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens, et misericors Deus, da nobis auxilium de Sancto, et vota populi hujus in humilitate cordis veniam peccatorum poscentis, tuamque Benedictionem praestolantis, et gratiam, Clementer exaudi; dexteram tuam super eum benignus extende, ac plenitudinem divinae Benedictionis effunde, qua bonis omnibus cumulatus, felicitatem et vitam consequatur aeternam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Benedicat vos omnipotens Deus ✠ Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

Benedictio in articulo mortis danda Fidelibus, societati septem Dolorum B. M. V. adscriptis.

Dicto Confiteor etc. Misereatur etc. Indulgentiam etc. *Sacerdos missionarius hac formula utatur.*

Dominus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui B. Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam, te absolvat ✠, recipiatque confessionem tuam, et remittat tibi omnia peccata quae-

cumque, et quomodocumque in toto vitae decursu commisisti, de quibus corde contritus, et ore confessus es, restituens tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti: et per indulgentiam plenariam, a Summo Pontifice Paulo V. confratribus societatum Dolorum B. M. V., in articulo mortis constitutis, concessam, liberet te a praesentis, et futurae vitae poenis; dignetur Purgatorii cruciatus remittere, portas Inferni claudere, Paradisi ianuas aperire, teque ad gaudia sempiterna perducere, qui cum Patre, et Spiritu Sancto Deus unus vivit, et regnat, in saecula saeculorum. Amen.

Antiph. Ne reminiscaris, Domine, delicta famuli tui (*vel ancillae tuae*), neque vindictam sumas de peccatis eius.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison
Pater noster etc.

℣. Et ne nos inducas etc.
℣. Sed libera nos a malo.
℣. Salvum fac servum tuum, (*vel ancillam tuam*)
℟ Deus meus sperantem in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Clementissime Deus, Pater Misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum N., quem (*vel ancillam tuam N., quam*) tibi vera fides et spes christiana commendant. Visita eum (*vel eam*), in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem, et mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge; ut eius anima, in hora exitus sui, Te Iudicem propitiatum inveniat, et in sanguine eiusdem Filii tui ab omni macula abluta transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Tum, dicto ab uno ex Clericis adstantibus, Confiteor etc. *sacerdos dicat* Misereatur etc. *Deinde.*

Dominus noster Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui B. Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti: et ego, facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum tibi concedo. In nomine ✠ Patris, et Fili Spiritus Sancti. Amen.

Per sacrosancta humanae reparationis mysteria remittat tibi Omnipotens Deus omnes praesentis, et futurae vitae poenas, Paradisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat. Amen.

Benedicat te Omnipotens Deus ✠ Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut praemissarum precum recitandarum tempus non suppetat, statim Sacerdos Benedictionem ei impertiatur; dummodo saltem contritus nomen Jesu, ore si potuerit, sin minus corde, devote invocaverit et mortem tamquam peccati stipendium de manu Dei, patienti animo, atque alacri susceperit.

Indulgentia Plaenaria in articulo mortis pro adscriptis scapulari Conceptionis M. V.

Dicto ab infirmo, si vires habeat, vel ab alio, si nequeat Confiteor *etc. Sacerdos dicat:* Misereatur tui etc. Indulgentiam, absolutionem etc.

Oremus.

Adesto Domine supplicationibus nostris, et istam creaturam ad tuam sanctissimam imaginem creatam, tuo proprio sanguine redemptam, tua providentia ineffabili conservatam, gubernatam, cu-

stoditam, et salvatam, quam nos in tuo sancto nomine ad participationem omnium bonorum spiritualium, et fraternitatem recipimus, bene✠dicere digneris, et praesta, ut te largiente, devote te diligat, te quaerat, te inveniat, ad te tendat et suffragiis huius Sancti Ordinis Beatae Virginis Mariae adiuta vitam percipere mereatur aeternam. Per Christum etc.

Maria Mater gratiae, Mater misericordiae, tu hanc ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

℣. Ora pro ea Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digna efficiatur promissionibus Christi.

Oremus.

Defende, quaesumus Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate creaturam tuam, et toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum etc.

In omni tribulatione, et angustia succurrat tibi pia Virgo Maria. Amen. Pax, et benedictio Dei omnipotentis, Pa✠tris, et Filii ✠ et Spiritus San✠cti descendat super te, maneat semper. Amen.

FORMULA PRÆSCRIPTA

A BENEDICTO XIV.

Ad elargiendam Indulgentiam Plenariam fidelibus in mortis articulo constitutis.

Minister dicat : Pax huic domui etc. *Postea aegrotum, cubiculum et circumstantes aspergat aqua benedicta dicens*: Asperges etc.

℣. Adiutorium nostrum etc.

℟. Qui fecit coelum et terram.

Ant. Ne reminiscaris Domine delicta famuli tui (sive famulae tuae), neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos a malo.

Salvum fac servum tuum vel ancillam tuam.

Deus meus sperantem in te.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Clementissime Deus, Pater Misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque sperantem secundum multitudinem miserationum tuarum respice propitius famulum tuum N., quem tibi vera fides, et spes Christiana commendant; visita eum in salutari tuo, et per unigeniti tui passionem, et mortem omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge ut ejus anima in hora exitus sui te Judicem propitiatum inveniat, et in sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

Tunc dicto Confiteor — Sacerdos, dicat. Misereatur etc. Deinde — Domiuus noster Jesus Christus filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam Misericordiam recipiat Confessionem tuam, etc. restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate recepisti, et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa Indulgentiam Plenariam, et remissionem omnium peccatoru.n tibi concedo. In Nomine Patris etc.

Per Sacrosancta humanae reparationis Mysteria

remittat tibi Omnipotens omnes praesentis, et futurae vitae poenas, Parádisi portas aperiat, et ad gaudia sempiterna perducat.

Benedicat te Omnipotens Deus Pater, Filius, et Spiritus Sanctus — Amen. —

Si morti sit proximus solum dicat.

Indulgentiam, absolutionem et remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi Omnipotens, et Misericors Deus etc.

APPENDIX II.

DE ORDINIBUS SACRIS.

I.

Nostri ordinari non possunt sine licentia, seu literis dimissorialibus Superioris Generalis, vel Vices gerentis ipsius sub poena suspensionis ipso facto incurrenda. Clem. X. Congregationi Doctr. Christ. Brevi — Dudum — 6. Jun. 1676. Et Breve Bened. XIV. — Ad Pastoralis Dignitatis.

II.

Nostri, qui in Congregatione oblationem iuxta instituti nostri Constitutiones emiserunt, possunt ad omnes, et etiam sacros Ordines cum literis Dimissorialibus Superioris Generalis promoveri, servata forma Constitutionis Benedictinae, dummodo provisi fuerint de patrimonio legitime constituto coram Ordinario originis, et Ordinandi testimoniales exhibeant suorum Ordinariorum originis, pro tempore morae in Dioecesi ad formam Bulla Innocent: — Speculatores — Ex Decr. S. C. Episcoporum, et Regularium die 20. Julii 1787. Pro Congregatione SS. Redempt..

III.

Pius vero VI. in suo Brevi — Sacrosanctum Apostolatus officium — 21. Augusti 1789. confirmavit, immo de novo concessit Cong. SS. Red. Privilegia omnia, exemptiones, indulta jam concessa, et concedenda Congregationibus Doctr. Christ.; Piorum Operariorum, et Pass. D. N. J. C. sub iisdem modo, et forma, specialiter, expresse, et aeque principaliter, etiam circa ea, quae requirerent specialem mentionem, motu

proprio, et certa scientia, derogando Constitutionibus, ac Ordinationibus Apostolicis, supradictae Congregationis Sanctissimi Redemptoris cum omnibus amplissimis clausulis etc. hinc est, quod dicta Congregatio gaudet iisdem privilegiis, quibus gaudent omnes supradictae Congregationes quoad ordines, et omnes aliae tam saeculares, quam regulares, ut ex Brevi Congregationis Pass: D. N. J. C., et etiam omnia alia Instituta. Congr: Pior: Operar: per Rescr: 12. Mai 1836 habuit etiam quoad ordines altaria, et officium comunicationem cum Congr: SS. Redempt. hinc eodem privilegio uti potest.

IV.

Gregorius XIII. concessit S. J. in suo Brevi — Pium, et utile — 22 Septemb. 1582, quod promovendi etiam ad sacros ordines, et etiam Presbyteratum, ordinari possint extra tempora a jure statuta, tribus tamen diebus Dominicis, vel aliis festivis a quocumque antistite non obstante Concil. Trid. decreto, cum licentia tamen, et dispensatione Superioris Generalis etiam quoad interstitia, et quod alia requisita. Et licet in hoc privilegio adsit clausula prohibitiva conmmunicationis, haec nobis non obstat ex privilegio Greg. XIV. Congregationi Regular. Observant. S. Ber-

nardi concesso; cui dantur omnia privilegia aliarum Religionum cum clausula in fine: *non obstantibus clausulis annullativis, cassativis, exceptivis, ac etiam communicationis prohibitivis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, et.*

Concilium Rom. sub Bened. XIII. tit. 5. de temporibus ordinationum decrevit, quod — Quoad Regulares, Privilegia a Sum. Pontif. habentes, sive expresse, etiam per viam communicationis concessa, sacros videlicet Ordines extra tempora suscipiendi, cum privilegia in suo robore persistant, nec eis derogatum fuisse constat, Regulares eosdem absque novo indulto Apostolico, tuto posse extra tempora ordinari Et Bened. XIV. in sua Const. — Impositi Nobis — nihil circa hoc sanxit de novo, sed tantum declaravit, privilegium suscipiendi ordines a quocumque Catholico Antistite illis solis suffragari, quibus post Trid. nominatim, atque directe, non vero per communicationem concessum, ut legentibus dictam Constitutionem clare patet.

V.

Hinc juxta Rescrip. Bened. XIII. die 24 Novemb. 1728 pro Cong. Doctrinae Christ: possunt Nostri ordinari cum Dimissoriis tantum Superioris Generalis, ab Episcopo, in cujus Diocesi exi-

stant de Familia, et ad formam Constitutionis Benedictinae — Impositi Nobis — juxta rescriptum in forma Brevis pro Congr: SS. Red: Pii VI. an. 1782. die 16. Febr.

VI.

Cum privilegia sint Regularibus ordinibus, nec non saecularibus Congregationibus in aedificationem, non in destructionem concessa, qua de re in literis suis Apostolicis indultivis apponere hanc clausulam consueverunt — *Dummodo Institutis eorum, et Regulari observantiae non sint contraria*. Hinc fit, quod non obstante quacumque ampla forma, et generali communicatione privilegia sint concessa, illa semper excipiantur, quae sunt communitati nociva. Suarez de legib. lib. 8. cap. 17 num. 3. etc. aperte declaravit istus IV. in sua Bulla Aurea.

Hinc fit, ut cum objectum finale nostrae Congregationis Piorum Operariorum juxta mentem Ven. nostri Institutoris sit animarum saluti totis viribus vacare, praesertim per Missiones cum debita semper subjectione, ac dependentia a locorum Ordinariis, in quorum Dioecesibus, vel moramur, vel mittimur; quicquid igitur a praedicto nostro laudabili Instituto avocare contingat privilegium quodcumque non suffragatur.

APPENDIX III.

DE USU LICITO ET VALIDO PRIVILEGIORUM.

I.

Cum Privilegiorum comunicatio in Pontificiis literis fit cum clausulis: *motu proprio*, *ex certa scientia pariformiter specialiter*, *et expresse aeque principaliter perinde ac si ipsis concessa forent vel concedenda*, *etiam quae specialem requirunt mentionem etc*. tum tali concessione, comunicatione, et extensione quaecumque Privilegia caeteris aliis concessa vel concedenda ita sunt propria comunicantibus illis, quibus ipsa primario et nominatim concessa fuere, ut sine ulla differentia comunicantes illis privilegiis uti possint, ac si eis primario et nominatim legislator esset elargitus. Ita Suarez de Legibus 1. 8. c. 17. n. 15 et alii DD. comuniter.

II.

Privilegium alicui ordini Regulari concessum amitti nequit per non usum ; attamen ut tali pacto amittatur legitima requiritur praescriptio (ut constat ex gloss. in cap. Abb. de Verb. Signif. e. ex cap. cum accessissent) Hujusvero praescriptionis tempus erit sexaginta annorum juxta privilegium Leonis X. dat. Patribus Camaldulensibus ut in Bullario Romano , et apud Joan. Bapt. Confect. in summa privileg. Me ndic. tit. 72. cap. 1 de praescript. activa et passiva Regul.

III.

Praeterea inchoata praescriptio contra Regularium privilegia interrumpitur ex frequentibus confirmationibus, et innovationibus privilegiorum per Summos Pontifices ex certa scientia motu proprio, et ex plenitudine Potestatis , quibus priora privilegia ad pristinum statum reducuntur. Ita Confect. in summar. Mendic. Bullae Sixii IV. Non amittitur vero privilegium per non usum si tempore praescriptionis defuit occasio, aut opportunitas illo utendi, vel adfuit impedimentum, aut ignorantia facti non autem juris, ut docet Glossa, et Tam-

burini tom. disp. 16 qu. 14. Didae ab Aragonia tract. 1. cap. V. et alii.

IV.

Si Privilegio multis concesso aliqui non utantur; hoc non praeiudicat utentibus. Corduba in suis adnot. ad Compend. Privileg. Min. Tit. absolut. quoad Trat. 1. §. 19. Emmanuel Roderig. in suis quaest. Rescr. T. 1. p. 8. art. 4.

V.

Clausulae quae in Literis Apostolicis apponi solent *ut ex certa scientia de plenitudine potestatis.* Auctoritate Apostolica tenore praesentium, perpetuo confirmamus et approbamus, omnes et singulos tam juris, quam facti defectus si quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus et quatenus opus sit singula innovamus, et de novo concedimus etc. efficiunt 1. quod Privilegia concessa sint firmissimo robore munita 2. Quae erant minus valida sunt eo pacto validissima. 3. Ex eo quod sint confirmata vim quoque novae concessionis acceperunt. 4. Si Privilegia non erant in usu, de novo incipiunt vim habere, ac si tunc de novo concessa fuissent; quia confirmatio Pri-

vilegiorum est nova gratia et novum Privilegium. Ita Suarez de Leg: 1. 8. c. 19. n. 8 et seq. Privilegia iam revocata vi confirmationis, novaeque concessionis intelliguntur denuo reviviticata praesertim ubi in literis adest clausula illa derogatoria: Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis etc. quibus omnibus, et singulis etc. expresse derogamus. Ita Suarez de leg. in Lib. et cap. cit. n. 4. Emanuel Prod. in suis quaest: Par. tit. 1. p. 8 art. 4. Etiam pro omnibus aliis cum quibus adest comunicatio, confirmata, et innovata statim omnia illorum Privilegia censentur ut docet Jo: Bapt. Confectus Priv. Mend. tit. 3 c. V.

VI.

Participantes privilegia aliarum Religionum, tum clausula aeque principaliter, ac si ipsis concessa fuissent, possunt illis uti, etiamsi illi quibus concessa fuerunt, perderent ea, seu non uterentur. Et ratio est quia jam facta sunt sibi propria, et non habent ea dependenter ab aliis, sed independenter, ac si ipsis specialiter concessa fuissent. Ita Cordoba in annot. ad Comp. Priv. Min. Tit. Communicatio Priv. Ita etiam sublatis Privilegiis alicui Religioni, non censentur sublata concessa

alteri. Emmanuel. Roder. in suis quaest. Reg. Tom. I. q. 9. art. 9. Et Suarez de Leg. l. 8. cap. 16. n. 17.

VII.

Cum in Brevi Pii VI. SS. Redemptoris Congregationi concesso ut supra, adsit clausula derogatoria illarum Constitutionum Congregationis, quae officiunt Communicationi aliquorum Privilegiorum — *Non obstantibus Constitutionibus praedictae Congregationis Sanctissimi Redemptoris* hinc fit, quod nos uti possumus etiam illis Privilegiis, contra quae obstaret in aliquibus Regula, nisi adesset illa derogatoria clausula.

VIII.

Privilegia Regularibus concessa, cum propter merita, et in communi concedantur, facta revocatione generali Privilegiorum, non censentur revocata: Ita omnes fere Doctores. Immo per Priv. ab Eugen. IV. concessum Ordini Praedicat., et et aliis ab aliis Sum. Pont., virtute quarumcumque Literarum Apostolicarum non potest praejudicari, seu derogari dictis Privilegiis, nisi de ipsis fiat expressa mentio, saltem per clausulam —

quamvis de eis sit facienda expressa mentio et quae pro expressis haberi volumus.

IX.

Privilegium nihil interdum concedere videtur praeter jus commune; sed confert ad tollendos scrupulos inter varias Doctorum opiniones; et ne videatur inutile, et frustraneum, ita interpetrandum est, ut aliquid in casu operetur praeter jus commune. Ita Rebuff. in praxi Tit. Priv. n. 9. Cum Angel. Tit. Privil. §. 3., et alii. Reliquia vide apud Auctores de Privileg. tractantes.

MONITUM.

Caeterum sodalem sic in usu privilegiorum se gerere optarem, ut illa, tamquam spiritus medicamina ab Ecclesia oblata prospiceret; nam sicut medicamina, cum recedant a communi usu cibi, vel potus, non applicantur infirmo, neque ab eodem deglutiuntur, nisi ad ipsius vires defaecatas reficiendas; sic privilegia, cum non sint, nisi recessus a jure communi, ut Doctores communiter loquuntur, ab Ecclesia nobis non largiuntur, nisi ad spiritus novitatem, ac sanctitatem contra laxitatem magis confovendam; quod si in

praxi huic spiritus utilitati aliquando obesse potius videantur, ut abusus, et venena ab Ecclesia in dispensatione nunquam intenta, vitanda erunt.

Tandem caveant sodales, ne extra Congregationem praesens promptuarium privilegiorum nostro usui accomodatum, nisi confessariis dumtaxat in eisdem facultatibus participationem habentibus nec sine expressa permissione nostri Praepositi Generalis tradere praesumant.

Omnia ad Dei omnipotentis gloriam.

Reverendissime Pater Praeposite.

De Commissione Paternitatis tuae Reverendissimae collegi Indulta, Privilegia, aliasque gratias Spirituales plurimis Rescriptis, multisque Brevibus summorum Pontificum largitate Congregationi nostrae Piorum Operariorum concessas, et ea quae mihi potius fuit diligentia in ordinem disposui; et in compendium redegi, ut nihil redundaret superflui, nihil desideraretur omissum. Ast infirmitate ingenii mei vereor in plures incidisse defectus; ac proinde praesenti supplicatione obsecro ut Paternitas tua Reverendissima aliquot nostrae

Congregationis Theologos, ut mos est, eligat ut opusculum a me exaratum revideant, defectibus suppleant, opus apte perficiant, et si tibi videtur tipys emandetur.

Neapoli ex aedibus Divi Georgii IV. Kalendas bubi Anno millesimo octiagentesimo quinquagesimo.

Tuae Paternitatis Reverendissimae
Devotissimus subditus

Gaspar de Luise Piorum Operariorum Sacerdos.

Admodum Reverendissimi Patres Nostrae Congregationis Theologi D. HEctor de Carlo et Joannis de Franciscis authographum revideant et in scriptis referant.

Datum ex nostris aedibus Divi Georgii Majoris IV. Halendas Julii Anno 1850.

P. D. Matthaeus de Ambrosio Congregationis Piorum Operariorum Praepositus Generalis.

Ex commissione Praepositi Generalis P. D. Matthei d'Ambrosio examinavimus libellum, cui titulus Privilegia Congregationis Pior: Operar etc. nihil in eo invenimus censura dignum, nec quod obstaret puritati fidei, et morum, nec non veracitati documentorum quibus privilegia ipsa nitun-

tur; gratulamur imo cum nostro amantissimo consodali de operis perfectione, et de facilitate in rebus explicandis, et in exponendis iis accurata praecisione, nec non in disponendis recto ordine claroque systemate suscepto, quae omnia nobis in huius libelli usum non solum utilia sed multoties necessaria esse videntur. Hinc putamus typis mandari, dummodo eidem videbitur.

Datam Neapoli die 13 Augusti anni 1850.

P. D. Joannes de Franciscis Piorum Operar.

P. D. HEctor de Carlo Pior: Operar.

P. D. Mattheus de Ambrosio Praepositus Generalis Piorum Operariorum.

Libellum cui titulus Privilegia Congregationis Piorum Operariorum a quodam Presbythero nostrae Congregationis elucubratum cum duo ex nostris Theologis reviderint et in lucem edi posse probaverint, facultatem in Domino impertimur ut typis emandetur, si iis ad quos etiam spectat videbitur.

Neapoli ex aedibus Divi Georgii Maioris die vigesima Mensis Octobris anno millesimo octingentesimo quinquagesimo.

P. Domnus Matthaeus de Ambrosio Congregationis Piorum Operariorum Praepositus Generalis.

FINIS.

INDEX